56 Nullum esse,ac illud impugnari posse, æquiparantur,l. cum antiquioribus, §. sin autem, C.de temp.& repar.appell.num.6.Item econtra nullum esse actum, & non posse dici nullum, paria sunt, ac si actum ualeret, Cephal. consi.3.nume.111.glo.l.si à creditoribus, C. de ser.pign.da. gl.l.qui habebat, C. de man. test.Angel.consi.187. Dec.consi. 456. nume: 20.consi.557.nume. 13. Vnde ubi os clauditur uolenti dicere de nullitate sententiæ,perinde est ac si sententia ipsa ualida esset, Paul. consi.288.nume.2. Tertiò nullum, & inefficax,æquipollent,l.dari,ff.de uerb. oblig.l.qui bis idem,ff.eod.

57 Obscurè loqui par est, ac si nihil loquatur, l. de ætate, §. nihil, ff.de interrog.act.

58 Occi-

58 Occidere aliquem, uel infirmum ſine medico negligere, æquipollent. l. ſi uerum, ff. de uerb. oblig Rol. tract. de lucro dot.q.64.nu. 61. Item occidere, & alimenta negare, æquipollent.l. necare,ff. de liber. agn.
59 Ope exceptionis excludi, & ipſo iure, æquipollent.l.nihil intereſt, ff. de reg. iuris.
60 Pactum & præſcriptio, æquipollent. Rol.cõſ. 89. nume.13. uol.2.
61 Parentelam uocare, & illos de parentela, æquipollet. Alba conſ.51. num.3.
62 Ponere obſcure, & non ponere, paria ſunt, Paul.l.Titiæ, nu.3.de leg.1.
63 Posſidere mala fide, & in poſſesſione non eſſe, æquipollent quò ad præſcriptionem inducendam,l.fin.C. unde vi. c. ſæpè,de reſt. ſpol. Doct. c. poſſeſſor,de reg. iur. 6. Secundò poſſesſio uiolenta, & poſſesſio clandeſtina,æquipollent.l.1.§.1.ff.quod vi,aut clam. l. eum, ff. ad leg. Flau.de Plag. Tertiò,poſſesſioné amittere, & actionem ad illam recuperandam, æquipollent. Ruin.conſ. 161 .num. 14.uolu. 1. Quartò poſſesſionem non capere, & illam nulliter capere, æquipollent. Rol. conſ. 76. nu, 26. uol. 3.
64 Poſthumus naſci mortuus, uel iamiam moriturus, æquipollent. Fel.c.ſicut, de homicid. Paul. Leazar. Clem. Paſt oralis,de re iud.
65 Præceptum legis noſcitur per uerba æquipollentia

lentia præcepto,c.quod præcipitur, ubi Doct. 14.q.1.c.2.de maior. & obed.

66 Probare minus sufficienter, & non probare, æquipollent. Abb.c.cum Bertoldus,num.18. de re iud.Item non probari,& nihil esse,æquipollent.Dec.cons. 272.nu.5.

67 Proximè fieri habetur pro esse, l.1.§. sed in eo,ff. ad Syll. Dixi ego latè in tract. de reg. iur. Reg. 5. Ampliat. 163.

68 Quietantia æquiparatur cancellationi, Doct. l.nihil interest, ff. de adim. leg. not.l. 1.& 2. ff. de his, quæ in test.del.l.nostram, C. de testament.

69 Relatio æquipollet nominationi expressæ, Grat. cons. 50. num. 28. uol. 1. Dixi ego in tract. de reg. iur. in Reg. 10. num. 1.

70 Remittere, & donare, æquipollent. Bart. l. Aurelio.§.Caius.ff.de lib.leg.l.sub prætextu, C.de transact.

71 Renunciare facto, uel uerbis, æquipollent, Doct. com.l non dubium.C. de legib.c.intelligentia, de uerb. sign.

72 Rem non extare, atque difficile posse inueniri, æquipollent. l. cum res, ff. de leg.1.l. cum unus,§. fin. ff.de bon. auth.iud. poss.

73 Reum non comparere,sed comparere,& nolle litem contestari,paria sunt. Mathes. auth. qui semel, num. 17.C.quomo.& quan.Iudex.

74 Scire, & scire debere, æquipollent. Rol.cons.

72.nu.22.uol.3. Grat.conſ. 110.nu.17.uol. 1. ſicuti ſcire, & ſcire poſſe, l. ſi duo. ff. de acq. hæred. Maranta intracta.de ord.iudic.par.3. nu.103. Dec.l. quod te,nu. 17. ff. ſi cert. pet. Ceph. conſ.218. nu.14.Crau.conſ.225.nu.5. Paul. l.ſi duo, num. 5. ff. de acq. hær. Deciſ. Ped.101. num.27.

75 Scriptum non eſſe, uel ita eſſe ſcriptum, ut non posſit intelligi, æquipollent.l.2.ff. de his quæ pro non ſcr. haben. Tiraq. tract. de retr. tit.de retr. lignag.§.36.

76 Sententia lata, & concluſum in cauſa, ęquipollent. Cyn.l.alia,C. de his,quib. ut indign. Ioan.And.c.2.de reſt. in integr. 6. l. incerti, C.de interd.l.quamuis,C.de adult.

77 Soluere creditori, uel alteri eius mandato, æquipollent: ſicuti ſoluere realiter,& promittere,æquipollent cum cautione de ſoluendo, l.fin. C.ad leg.Falc.l.fuit, ff. de acq. hæred.

78 Stipulatio concipi poteſt per æquipollentia, l.ſi ſub una,cũ gl.l.quæ extrinſecus,ubi Doct. ff. de uerb. oblig. Alex.l.1.§. fin.ff.eod.

79 Tempore prohibito aliquid fieri, & conferri in tempus prohibitum, paria ſunt. Abb.c. fin. num.20. de fer. c. accepimus, num. 2. de pact. c.de uxore, nu.2. de ſepult. Crau. conſ. 175.num.8. Tiraq.tract.le mort ſaiſit.lim. 2. nu.4. Mandos. Reg. Canc. Reg.8. q.3.nu. 2. Ruin.conſ.90.num.6.uol. 3. Pariſ. conſ. 100. num.

nume.25.uolum.4.

80 Teſtes concordes dicuntur,ſi per uerba æqui pollentia deponunt,Bald.c.bonæ,il 1.de electio.Abb.c.nihil,de uerb.ſignifi.c.cum eccleſia, de cauſa poſſ. & propr. Alex. in add. ad Bart.l.3. .§.. ideoque,ff. de teſtib. conſi. 112. uolu.3.

81 Timore aliquid agere coactionis, ſeu coactè agere, æquipollent.Dec.conſi.690.nume.10. Anch.conſi.159.

82 Titulum non habere, & eum non poſſe oſtendere,æquipollent. not. l.cogi, C. de petitio. hæred.Deciſ.Ped.159.num.23.

83 Tutorem non eſſe, uel eſſe, ſed non habere adminiſtrationem, æquipollent. Paul.l.ſi tutor,num.2.C.quib.ex cauſ.reſt.detur.

84 Vacans eccleſia,& prælatus impeditus,æquipollent.not.c.cum ueniſſent,de in integr.reſt. Ioan.And.c.olim,de reb.eccl.non alienan.6. Ruin.conſi.63.num.2.uolu.5.

85 Vendere iniuſto precio, uel non uendere, æquipollent.Abb. conſi. 8. nume. 15. not.l.ſi dubium,ff.de leg.3.Alber.tract. ſtat. par.2.q. 2.num.20.

86 Venire,& non ſtare, perinde eſt ac ſi quis nō ueniſſet, unde dici ſolet, non dicitur ueniſſe, qui non ſtetit,Abb.c.cum à nobis,num.10.de elect.

87 Vincula Sub uinculis eſſe,&eſſe ſub cuſtodia

datis fideiussoribus, æquipollent in iure. Lucas de Pen.l.si grauius, C.de dign.lib.12.

88 Vocandum non uocari, uel uocatum non audiri, uel auditum non admitti, æquipollent. Bald.l.qui crimen, nume.17.C.qui accus.non poss.c obeuntibus, 63.distin.

Pro declaratione huius præsentis tractatus ad hoc nonnulla declaranda sunt. Primò, quòd aliquando reperitur identitas rationis inter duo, & tunc procedit regula similium, l.illud, ff.ad leg.Aquil. Secundò reperitur aliquando paritas potentiæ causæ, & tunc habet locum regula parium, Doct.l.si socer, ff.solu.matrim. Tertiò reperitur identitatis collatio, & tunc ualet arg.à proportione, §.quæ diximus, Inst. quod cum eo. Quarto, quando casus reperitur omissus, tũc per æquipollens potest adimpleri, & habet locum præsens tractatus, l. mulier, ff.ad Trebell. Fallit hoc dictum primò, quando ratione casus omissi deficit solemnitas, l.commodissimè, ff. de lib.& posthum.l.si cum dotem, ff.solu.matrim. Secundò fallit in conditionibus, quæ adimpleri debent in forma specifica, l.Mœuius, l.qui hæredi, §. fin.ff. de cond.& demonst. Tertiò non procedit, quando constat dispositionem debere habere locum in casu uero, l.3.§. hæc uerba, ff. de neg.gest.l.fin. C. de his, qui uen. æt. imp. ubi cum sit mentio ætatis, intelligitur de ea, naturali,

turali, non autem de ea, quæ beneficio Principis ſuppletur. Quartò non procedit in odio ſis: Quintò hoc idem, cum tractatur, an ſit odioſum, uel fauorabile, l. 1. §. ſi quis, ff. de uētre in poſſ. mitt. Sextò hoc idem in diſpoſitione qualificata, Bart. l. denunciaſſe, §. quid tamen, ff. ad leg. Iul. de adult. Septimò nō procedit, quādo tradita eſt certa forma, quæ præcisè ſeruari debet, d. l. Mæuius. Octauò non procedit, quando magis ponderatur modus, quàm finis. Nonò non procedit, quando non inſurgit idem effectus, gl. l. Gallus. §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. Decimò non procedit, quando inſurgit diuerſitas in ratione, & intereſſe. Vndecimò non procedit in exorbitantibus a iure communi. Duodecimo, & ult. non procedit in omnib. his caſibus, in quib. ſtricta fit interpretatio legis, de qua dixi latè in tract. de leg. & ſtát. par. 3. q. 12. & ex his ſatis ſit declaratum hoc dictum, æquipollentium eadem eſt natura.


Laus Deo.

SVMMARIA.

1 *Connexorum eadem diſpoſitio eſt.*
2 *Connexa pro uno reputantur.*
3 *Connexum quid ſit.*
4 *Connexa tendunt ad eundem finem.*
5 *Connexum iudicatur arbitrio Iudicis.*

6 *Connexum comprehenditur intellectualiter.*
7 *Connexo uno permisso, alterum permissum dicetur.*
8 *Connexorum regula in quib. habeat locum.*
9 *Connexorum regula in quibus locum non habeat.*

## REGVLA QVARTA.

1 
Onnexorum †eadem dispositio est, c. translato, de const. ibi, Translato sacerdotio, necesse est, ut legis translatio fiat. quia enim simul, & ab eodem fonte, & sub eadem sponsione, utraque data sunt: quod de uno dicitur, necesse est ut de altero intelligatur, Ias. l. sed & si, §. filio, nu. 3. ff. de uulg. Dec. c. quanto, nu. 3. de iudic. gl. c. quo iure, 8. dist. c. æstimant, 11. q. 3. c. cum dilecto, de dolo, & cont. l. 1. ff. quod met. causa l. eum actum, ubi Bart. num. 1. ff. de neg. gest. Afflict. decis. 213. nu. 3. Alex. l. præcipimus, C. de appellat. idem cons. 122. nu. 4. uol. 4. Grau. cons. 275. nu. 5. Anton. de Petrut. l. 1. num. 247. ff.
2 de iureiu. quia † connexa pro uno reputantur, l. quod conclaue, ff. de damno infecto. Anch. cons. 160. l. si finita, §. ex hoc, ff. eod. Albert. Brun. tract. stat. super fæminu. Art. 6. nu. 311. Ripa Respons. 11. nu. 4. tit. de rescr.

Cagn.l.secūdū naturā,nu.2.ff.de reg.iur.Dec. l.si Ruffinus,col.2.C. de test.mil.Anch. cons. 72.Alex.cōs.85.uol.3.& cōs.145. eod. uol.3. Ias.l.1.C.x.de trāsact. unde cōnexitas facit qñ q. fieri, quod aliàs nō fieret, Spec.tit.de sent. exc.§. 2.Polit.l.si.tibi,C.ad Carbō.Bald.l.cū necessitatem,C.de fideic. Pro cuius dicti declaratione nonnulla prius hic notanda sunt.

3 Primò,† quòd connexa dicuntur duo,uel plura, quando neutrum potest esse sine altero, Niconitius Rub.ff.de noui oper. nunc. nume. 58.Aret.c. translato, de const. not. l. etiam, ff.de minor.est enim consequens rei,siue precedat, siue sequatur, Aret. cons. 29. nume. 20.Bald.c.cum omnes,num. 3. de cost. Fel.c.

4 translato, nu.6. eod.tit. Item † negotia connexa dicuntur,quæ ad eundem finem tendūt, gl.l.cum filius,§.1.ff.de uerb.oblig.Bald.l.ampliorem,C.de appellat. Fel.c.cum inter,num. 7.de re iudic.& ea, quæ sub eadem specie cō-

5 tinentur,l.etiam,§. 1. ff.de minor.† Iudicis tamen arbitrio relinquitur, Imola cons. 139. num.9. Alciat. cons. 167. nu.11.gl. c. si ciui-

6 tas,de sent. excom. 6. Secundò not. † Quòd connexum comprehenditur intellectualiter, licèt non exprimatur,Doct. l. etiam,ff. de minor.c.hoc.3.q.6.c. quo iure,7. dist. l. qui proprio,§.item,ff.de procurat. & l. si cognati, ff. de neg. gest. gl.c.præterea, de offic. deleg. c.

7 quod magnum, 23. q. 3. Tertiò not. † quòd in connexis prohibito uno, ſeu permiſſo, cenſetur & reliquum eſſe prohibitum, uel permiſ-
8 ſum, Angel. conſ. 326. † cuius ratione uenit in
9 iudicio, † quod aliàs non ueniret. Bart. l. eum. num. 2. ff. de neg. geſt. Bald. l. cum necesſitatē, C. de fideic. Quib. ita præmiſſis, infertur ad plura.

# Ampliationes.

1 Adminiſtrator tenetur de connexis, ſi propter culpam commiſſam in non adminiſtrando connexa, fuit damnificatus, l. tres tutores, ff. de adm. tut. ubi Bald. Corn. conſi. 255. num. 2. uolu. 1. Aret. conſi. 29 num. 20.

2 Arbiter cognoſcere poteſt de connexis ad cauſam, Marſil. Rubr. ff. de fideiuſſ. nume. 219. Abb. conſi. 18. uolu. 2. Ioan. de An. c. licet, de ſimon. Bald. l. teſtium, C. de teſtib. Blanc. in tract. de compr. quæſt. 9. artic. 32. nume. 8. l. ad legatum, ff. de proc. Specul. §. ſequitur, tit. de arbit.

3 Beneficiū dicitur cōnexum, & acceſſorium, cum minus dignum magis digno adnectitur, c. quod in dubijs, de conſecr. eccl. Rebuff. in tit. de unionib. nume 19. & impetrans beneficium tanquam acceſſorium, quod eſt principale, non ualet impetratio. Et nota, quòd duplex

plex eſt connexitas beneficiorum, perpetua uidelicet, & temporalis. Perpetua eſt, cum exprimitur, quod perpetuo duret, c. expoſuiſti, de præb. Temporalis autem, quando fit ad tempus, puta ad alicuius uitam, not. c. 1. ne ſede uac. Item notandum eſt, unionem beneficij trib. modis fieri. Primò ut ex duob. beneficijs unum fiat, c. decimas, 16. qō. 1. Secundò, ut una eccleſia alteri ſubijciatur, & tunc inferior dicetur connexa, cap. recolentes, de ſtat. mon. Tertio modo fit unio duarum eccleſiarum, ut utraque remaneat principalis eccleſia, ſed unus ambarum fuerit poſſeſſor, gl. c. & temporis, 16. quæſt. 1.

4 Canonicatus cōfertur per collationem præbendæ conſuetæ conferri canonico ratione connexitatis, Imol. c. cum M. de conſt. Fel. c. translato, num. 6. eod. tit.

5 Capitulum connexum dicitur, cum ipſum ſolum factum cum ſuis qualitatib. continet, Fel. c. cum inter, num. 7. de re iudic. Boer. qō. 243. nume. 9. Idem ſi unum ab altero deſcendit, gl. l. etiam, §. 1. ff. de minor. Ripa l. admonendi, nume. 124. de iureiur. Crau. conſi. 275. num. 4. ut quando unum eſt conſequens alterius, Zabar. conſi. 29. uel quando plura in unū concurrere poſſunt, Dec. conſi. 33. nume. 2. Separata uerò ſunt, quando unum uenit ad determinationem alterius, l. etiam, §. 1. ff. de

minor. uel continet plura diuersis temporib. facta, gl. l. si quidem, C. de exc.

6 Causæ connexitas non attenditur, ubi reus & actor sunt diuersi fori, c. fin. de iud. Doct. com. l. nulli, C. de iud. Fallit, si essent eiusdem fori, Anton. Capic. decis. 122. nume. 5.

7 Citatio non requiritur ad actum habentem connexitatem necessariam cum actu præcedenti, Gem. c. si capitulo, §. 1. de concess. præben. 6. Felin. c. cum olim, de test. Alber. 1. par. stat. q. 124. dependentia enim sunt pars eorum, à quib. dependent, c. cupiētes, §. deniq; de elect. 6. Marsil. Rubr. de fideiussor. nume. 220.

8 Commissio unica sufficit in connexis, quæ aliàs multiplex requireretur, nam multa conceduntur ratione connexitatis, quæ aliàs minimè concederentur, Specul. tit. de sent. exc. §. 2. Bart. l. eum actum, de neg. gest. c. quanto, de iud. Gomes. in reg. utriusque sign. uer. & ista.

9 Consules mercatorum, habentes iurisdict. in causis principalibus, & in accessorijs & cōnexis habere dicuntur, Bald. l. si quis ex argentarijs, §. rationem, ff. de edendo.

10 Dispensatio uidetur ei concessa, cui confertur id, sine qua ei conferri non posset, Aret. §. idemque, nume. 8. Inst. quib. ex caus. man. non lic. c. ueniens, de filijs presb. c. diuersis, de cleric.

cleric.coniug.Specul.tit.de diſpenſ. §. qualiter, uer. quibus. nam diſpenſatio extenditur ad connexa, gl.c.ordinarij, de offic. ord. 6.gl. & Doct.c.quoniam, de præb. l. ſi cum tibi, C. de iud.

11 Domus habet porticum connexum, unde qui uulnerat in porticu, dicitur uulnerare in domo, not.l.cætera, la 2.de leg. 2. Iaſ. l.plerique, nume. 19.ff.de in ius uocan.Rom.l.ſi uero, §. de uiro, nume. 224. ff. ſolu. matrim. Menoch.in tract.de arb.iud. lib. 2. Cent. 1. Caſ. 95.num. 11.

12 Eccleſia habet cemeterium connexum, c. 1. de conſecr.eccle.uel alt.Rota deciſ.6.de conceſſ.præben.Menoch.tract.de arb. iud. lib.2. Centur. 1. Caſ. 95.nume. 10. unde polluta eccleſia, polluitur & cemeterium: non tamen econtra, quicquid dicat contrarium Menoch. d. loco, quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum, ſed non econtra.

13 Fideiuſſor in cauſa principali tenetur ad cauſam connexitatis, l.locus, §. Paulus, ff. de admin.tut. Bart.l.non quaſi, §. 1. ff. rem pup. ſalu.fore.Marſil.Rubr.ff.de fideiuſſor. qō. 25. nume. 214. dependentia enim uidentur pars eorum, à quib.dependent, c.cupientes, §. denique, de elect. 6. l.tutores, de adminiſt. tutor. Fel.c.ſignificauerunt, de except. Spec. tit. de accuſat. §. 1. Marſ. d.loco, nume 221.

14 Gra-

14 Gratia si concedatur cum officio executoris, quemadmodum non finitur gratia morte concedentis, ita etiam nec executoris officiũ expirat.c.super gratia,de offic. deleg 6. Din. c.accessorium,de reg.iur.6.

15 Hæreditas non potest in uno capite adiri, & in altero connexo repudiari, §. 1. Inst. de hær.qual. & differ. Inst. quib. alien. licet, uel non,§.1.gl l.hæres,ff.de acq.hæred.gl.l.eius, ff.si cert.pet.Crau.consi.275.num.5.

16 Hæres si contrauenit contractui inito cum plurib. cohæredibus in totum, etiam quò ad alios rescinditur,quia connexitas contractuũ est quid indiuiduum, Anch. consi. 100. Menoch.tract.de arbitr.iud.lib.2. Cent. 1. Cas. 95.num.9.

17 Impetrans beneficium aliquod,& eius connexum impetrasse dicitur,Doct. com.c.super eo,de præb. 6. Nec referre, quòd exprimatur beneficium connexum, quia perdit nomen beneficij,Ioan.Bapt.tract.de unione, artic.8. quæst.11.nisi essent annexa principaliter,glo. & Doct.c.1.ne sede uac.clemen.ne in agro, §. cæterum,de stat.mon.Beltr.consi.11.num.44. Abb.c.extirpandæ,§.qui uero, de præb. Rebuff.in praxi ben.3.par.sign. uer.annexorum, num.1.& in tit.de union.

18 Indiuidua,& connexa,eadem dicuntur,unde quemadmodum connexa separari non

possunt,

possunt,ita qui partem indiuidui facit, nihil fecisse uidetur. dixi ego in tract. de reg.iur. reg. 5. limit. 42. not. l.ius nostrum,ff.de reg. iuris.

19 Instrumentum, quod non ualet in causa principali,nec etiam ualebit in connexo. Ias. l. 1. §. uir uxori,num. 19. ff. de acq.poss.

20 Iudex ecclesiasticus cognoscit de causa secculari connexa cum spirituali,c.prudentiam, de offic.deleg.not. l.interdum, §. qui furem, ff. de furt. si autem fuerint plures iudices in eadem causa, mortuo uno continuatur causa in alijs,Paul.l.more,nume. 10.ff. de iurisdict. omn.iud.

21 Iuramento positionibus si quis respondere teneatur,tam in contentis in forma,quàm super connexis, tali iuramento standum erit. Alc.l.1.§.si quis,ff.de uerb.obl. Afin.in praxi iud.§. 19.cap.22.num.1.

22 Iurisdictio transit cum omnib. suis connexis,c.translato,de const.l. more, ff. de iurisd. omn.iud. Bald. l. si quis, §. rationem, ff. de eden. & si Princeps eam alicui incapaci concedit, uidetur eum dispensare, Rom. consil. 216.Aret.§.idem,nume.2. Inst. quib. ex caus. man.non liceat. Doct l.quidam, ff. de re iud. Ioan.And.c.si principalis,de rescr. Innoc.c. cum olim,de priuileg.

23 Ius patronatus dicitur annexum spirituali-

tati,

tati,& uniuersitati, gl.c. literas, de iur. calum. c.fin.de iudic.6.clem.dispendiosam,de iudic. gl.c.accusatus,uer.iudicari,de hær.6. Bart.l. solet,ff.de alimen. & cib. leg. Bald l. 1. C. de reb.cred. Anch. consi.72. Paul.l. cum hi,ff. de transact. Aret.consi.83 idem l.1. ff.solu. matrim. Sylu. consi. 32.nume. 9. unde uenditio ipsius omnino prohibita est, Lambert. tract. de iure patron.lib.1.artic. 11. quæst.5.par.2. lib.1.

24 Laicus ratione connexitatis simul obligatus cum clerico,eius intuitu coram iudice ecclesiastico conuenitur, Socin.l. cum Senatus, ff. de reb.dub.Anton.l.1.ff. de sent. quæ sine appell.resc.Decis.Ped.103.num.3.

25 Legatum comprehendit rem connexam, l. creditor,§.Caio,ff. de liber. leg. l.nomen, ff. de leg.3.Bart.l.cum aurum, ff. de auro,& arg. leg.Rom.sing.509.unde legata domo, uenit etiam hortus cohærens cum ea, August.Ber.c. Raynutius,num.58.de testam.

26 Lex abolitur sublato titulo Regis tiranni, Fel.c.translato,nume.1.de const. gl.l. decet, C.de sacrosanct.eccle.c. fraternitatis, de hæret.

27 Liberatio super principali, extenditur ad ipsius connexum,Marsil.Rubr.de fideiussor nume.27.Fel.c.super literis,de rescr.Bart.l.Aurelius,§.Caius,ff.de liber.leg.Marsi.sing.251.

28 Licen-

28 Licentia aliquid agendi alicui concessa, censetur concessum etiam eius connexum, Cephal.cõsi.4.Marſ.ſing.175.Doct.l.Gracchus, C.ad leg.Iul.de adult.

29 Litigare apud eundem iudicem coguntur ratione connexitatis, licet ſint diuerſi fori, Capic.deciſ.222.in terminis.

30 Mandatum. Procurator apponens manus ad connexa mandati, non dicitur excedere fines illius.gl.c.licet,7.quæſt.1.Paul.conſi.30. Fel.c.translato,num.6.de conſt.l.quod ſeruus, ff.depoſi.l.filius,C.de pactis.

31 Melioramenta ſunt connexa rei melioratæ,l. ſi communem,ff. quemadmo. ſeruit. amit. l.proinde,ff.ad l. Aquil. Curt. conſ. 95. num. 12. ſicuti feudo affixa dicũtur de feudo. cõc. Bart.l. ſolent, ff. de alim. & cib. leg. Cephal. conſ.183. num.33.uol.2.

32 Minori beneficium competens, extenditur etiam ad illius conſortes eiuſdem litis maiores, Bald. l.2.§. ſed utrum,ff. de minorib. Afflict. deciſ.213. nu.3. in terminis.

33 Natura connexorum eſt,ut unũ immutet alterum, Aretin. conſ. 114.nu.5.Aug. Ber.c. ex litteris,nu.9.de prob.

34 Negocio principali finito, & eius connexũ terminatũ dicitur,Bald.l.in bonæ fidei, C.de uſur.l. qui p colluſioné,§. fi.ff. de act.empti,l. 4.ubi doct.C.depoſi.Bart.l.ex diuerſo.§.ubi. ff. de

ff.de rei uend.Iaſ.l.1.nu.13.C.de iudic.

35 Obligatus ad aliquid agendum, cenſetur ẽt ad illius connexa, Aret. conſ.29. Fel.c.ſignificauerunt, de exce.c.cũ inter,de re iud. Aret. conſ.114.l.Gallus,§.& quid ſi tantum,ff.de liber. & poſth.

36 Occidens ſeruum, quem alteri tradere debebat, tenetur non ſolùm ad æſtimationem ſerui, ſed etiam ad pænam dependentẽ, text. eſt in terminis l.proinde,ff.ad leg.Aquil.l. eũ actum,ff.de neg.geſt. glo.l.Diuus, ff.de admi. tutor. Marſil.Rub.ff.de fideiuſſor.nu. 215.

37 Onus ſuſcipit ille,qui lucrum ſentit,l.unica, §. pro ſecundo,C.de cad.toll. Cagnol. l. ſecũdum naturam,nu.1.ff.de reg.Iur.

38 Porticus domui connexus dicitur eſſe, unde in porticu uulnerans, in domo dicitur uulneraſſe, in porticu, & è contra,l. cætera, ubi Doct.de leg.1. Iaſ.l. plerique, nu. 19. ff. de in ius uoc.Menoch.tract. de arb.iud.lib. 2. Cẽt. 1. Caſ.95. num.12.

39 Pignoratitia actio comprehendit eius connexum, Azo in Summa. C. de pign. act. nu. 16.Negus.in tract. de Pig.& hypot. 3. par. 1. memb.num.18. Bart.l.ſi conuenerit,§. ſi nuda,ff. de pign.act. inde alluuio cohærens rei pignoratæ, cedit etiam obligationi, l.ſi inter, §.1.ff.de pignor.Neg.dicto loco, 2. mem. 2. par.nume.25.

40 Poſ-

40 Possesione tradita alicui alicuius rei, & eius connexum concedi dicetur, Aug. Ber. c. ex litteris,num.14.de iure patr.not. Doct.l. eos, C.de usuris.

41 Præbenda iudicatur eodem modo cum suis connexis,Gem.c.nulla,12.q. 2.c.id constituimus,17.q.4. c.1. de immun. Eccl. Arch.c. 1. de cēsib.Innoc.c.uolētes,de priuileg 6. Aug. Ber.cons.10.nu.4.uol.1.Quint.Mandos.Reg. 11.Cancell.q.12.nu.3.Fel.c.translato. nu. 6. de const.

42 Præscriptio facta de principali, extenditur ad illius connexa, l. eos,C. de usur. quando scilicet eodem tempore erant connexa, l. qui fundum, §. fin. ff. de usucap. pro empt. l.rerum, ff. de usucap. Rom. sing. 587. 572. Afflict. decis.139.num.5.

43 Procurator ponens manus ad principale,extenditur etiam ad eius connexa, Anch. cons. 30 Paul.cons.28. in antiquis.Fel.d c.translato,de const. Marsil.in Rub.de const.nu. 216.

44 Punitur quis quandoque ratione connexitatis, etiam ex facto alterius, Aug. Ber. c.in litteris, nume. 103. de rest. spol. Fel.c.translato, de const.

45 Quietatio generalis extenditur ad connexa, Doct.com.c.translato,de const. Dec.c. quanto, num. 3.de iud.Ias.l.sed & si. §. filio, nu. 3. ff.de uulg.

46 Renuncians uni ex connexis, alteri renunciare uidetur, glo. c. quo iure. 8. dist. c. si quis sacerdotium, 81. dist. c. nullus, 9. q. 2. c. si quis Episcopus, 2. q. 1.

47 Rescriptum subreptitium in principali & in connexo, subreptitium dicetur, Spec. tit. de exc. §. 3. uer. si quid.

48 Sententia lata in uno, trahitur ad eius accessorium, seu connexum. Doct. c. cum super, de offic. deleg. l. 1. §. item, ff. de aqua quot. & est. Menoch. tract. de arb. iud. lib. 2. Cent. 1. Cas. 95. num. 17. Mars. Rub. de fideic. nu. 219.

49 Statutum in uno de connexis, extenditur ad reliquum, Anan. consi. 36. Curt. consi. 129. Rol. tract. de lucro dot. q. 57. nume. 9. l. cum rem, C. ubi causæ fisca. Bald. l. 3. §. sed etsi, ff. de neg. gest.

50 Testis dictum comprehendit connexa, Innoc. c. pastoralis, de except. Bald. l. ordinarij, C. de rei uend. Marsi. Rubr. de fideiussor. nume. 215.

51 Transactio facta in una re, extēditur ad eius connexa, gl. c. accusatus, uer. iudicari, de hæret. 6. Paul. l. si certa, C. de transact. Add. ad Bart l. eum actum, nume. 1. ff. de neg. gest. Ripa Resp. 11. tit. de rescrip. num. 4.

52 Venditio rei factæ comprehendit illius cōnexum, Mars. l. 1. §. item, nume. 8. ff. de quæst. l. prędijs, §. qui domum, ff. de leg. 3. Alexan.

consi.

consi.54.uolum 3.Ias.l.si fideiussor, .§.. memi-
nisse,num.20.ff.de leg. 1.l.quod fundum,ff.de
contrahen empt. Aug. Ber.c. Raynutius, nu-
me.68.de testamen.Marf.Rubr. ff. de fideius-
sor.num.217.ubi uendita uacca, uenditur ui-
tulus,qui nondum pascitur herbis.

53 Vicinitatis ratio est eadem connexitatis, Roman.l.si uero,.§..de uiro,nume.220.ff.solu. matrim.unde solutio cum statuitur aliquid in aliqua ciuitate, seu cum deficit statutum alicuius ciuitatis, extendi debet ad illius conuicinam, & in defectu ad ipsam recurri, not. l. 1. C. de can. larg. lib.10.l.4..§..si tam uicinum,ff. de damno infecto,l.si ita, ff. de fundo instr.l. dominus, ff. loc. c. cum olim,de consuet. l. diuus, ff. de tutor. & cur. dat.ab his,l. quod sæpe,.§..fin ff.de contrahen.empt. l. pro locis, C.de anno.& trib. lib. 10. c.quosdam,c. quanto,de præsumpt.l si uicinis, C.de nupt.l. si uentri,.§. fin.ff de priu. cred.l.1. C. de seru. fug.l.multum interest, C.si quis alteri,l. præsenti,C.de his,qui ad eccl.confug. c. decet,.§.. cessant,de immun.eccl.6.c.sicut,c.si quis con tumax.17.q. 4. c. nulla, 12.q. 1.l. quicunque, C.de æd.publ.l.opus,de oper.publ.l.cum Nouarcorum,C.de nauic lib.11.l. 2.C. de anno. ciu.lib.11.l.siquis ad declinandam,C.de episcop.& cler.l.qui filiabus,ff. de leg. 1. l. hæredes,.§..sed etsi, ff.de testam.l. qui non milita-

bat,§.Lucio,ff.de hæred. inst. l. nummis,ff.de pet.hæred.

54 Vnitorum igitur, seu connexorum eadem sententia, seu dispositio est. declaratur hoc dictum, quando militat eadem ratio in uno, quæ in alio,l.illud,ff. ad leg. Aquil. Secundò hoc idem,quando sunt inseparabilia,l.si com munem,ff.quemadm.seruit.amitt. Berengar. l.unica,num.67.C.de sent.quæ pro eo.Paul.l. more,num.10.ff.de iurisdict.omn.iud.l.si ita, §.regula.nume.2.ff.de liber.& posthum.l.si cognati,nume 3.C.de neg.gest.Tertiò,quando tendunt ad idem,secus si ad diuersa tendant, Aug.Ber.consi.15.nume.71.uolum.3.c.super literis,nume.42.de rescr. Quartò hoc idem, quando essent incompatibilia, l. Titio, ff. de usufr.lega. Quintò illud,quod uenit ad faciliorem expeditionem,& potest æquè comprehendi,tunc uno concesso, & reliquum conceditur,l.ad rem mobilem,ff.de procur. Si uerò non potest æquè comprehendi,& tunc,aut sumus in materia largè interpretanda, & tunc procedit dictum, connexorum eadem dispositio est:si uerò sumus in materia strictè interpretanda,secus est,Fel.c.de testibus,de testib. c.postulasti,de rescr. Sextò fallit,quando unū connexorum est maius altero, Bart. l.pen. §. illo,C.de necessar.seru.l.si hæreditas,§.fin.ff. de testam.tutela. Septimò fallit in reseruatis


princi-

principum, Dec.c si quando, de rescr. Octauò fallit, quando unum ex connexis requirit specialem mentionem, Sapia l.cui, nume.4 de iurisdict.omn.iud. Nonò fallit, quando unum de necessitate non infertur ad aliud, Bart.l. ambitiosa, ff.de decr.ab ord.fac.ex quib.redditur declaratum dictum, connexorum eadem dispositio est. Laus Deo.

*SVMMARIA.*

1 *Contrariorum eadem est disciplina.*
2 *Idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito.*

## REGVLA QVINTA.

1 ONTRARIORVM † eadem est disciplina, l.fin.§.si filius, ff. de leg.3.gl.1.§. non enim. Auth. ut non fiant pign l pen.§.fin ff. si usufr.pet.l.pen.ff.de rer.diu. §.si quis, Auth.de fid.instrumen.l.1.ff.de his, qui sunt sui, §.1. Inst.eod.tit. Bipa in tit. de exc.& præscr.Resp.2.nume.5.Alex. Rubr.ff.de acq.poss.num 2.l.cum quo, nume.3.ff. ad leg. Falc.Dec.consi.350. nume. 14. Ceph.consi. 74 nume. 11.consi.113.num.24. Tiraq.tract. de retr.lign.§.12.gl.1,num.16. Alber. Brun.

tract.stat.lib.2.q.32. nume. 6. Paris. consi.82. nume.49.uolu.4 Ruin.consi 71.nume.47.uolum.3.Corn.consi.248.nume.4.uolum.4.Roma.consi.70.nume.8.Paul consi.21 uume.26. uolum.3.Ber.consi.157.nume. 2.uolu.1. consi. 140.nume.15.uolum 3. Aret.§. sequitur,nume. 4. Inst. de his,qui sunt sui. Rol.consi.60. nume.6 uolum.1. Et hoc,quando nos sumus in directò contrarijs, gl.§. uideamus, uer.simul Inst.de his,qui sunt sui.Quo casu dici solet,
3 † idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, d. l. fin. ff.de leg.3 quod dictum quomodo,& quando procedat,mox dicemus.

# Ampliationes.

1 Absoluere nemo potest, qui condemnare non potest,l nemo,ff de reg.iur.l.solet, ff.pro socio.& ff de offi.procons.Ias.l.3 ff. de re iud. Fel.c.non potest,eod.titu.Socin.& alij,Rubr. ff.de acq.poss.Socin.consi.120.uolum.1. l.3. ff.de reg.iur.Cagn.d.l.nemo, nume.1. limitat quatuor modis, & in l. secundum naturam, num.19.ff.eod.tit.

2 Acceptari debet contractus per pupillum initus per tutorem,tam quò ad commodum, quam quò ad incommodum,l. cum quæritur, ff.de adm.tutor.Bald.consi.357. lib.1. Anch. consi.

consi.207. Paul.consi.139. Socin. consi.125. uolum.3.Cagn.l.secundum, nume.6. de reg. iur.

3 Acta contraria concordari debent,in quantum potest,Ias.l.cum falsa,num. 3. C. de iur. & facti ignor. Natta consi.435.nume.23. uolum.2.Dec.consi.374.nume.2. consi.602.nume.6.Rol.consi.61.num.31.uolu.2.

4 Actio contraria oritur quandoq; ex eodem facto.not.l. si seruus,ff.commod. Item actio contraria intentata in eodem libello, non subsistit,not.l.naturaliter,.§.. nihil commune, ff.de acq.poss.Doct.c.nullus pluribus,de reg. iur.6.ut modò dicetur.

5 Allegans contraria non auditur, l. Titiæ, ff. de cond.& demonst. Ias.l.naturaliter,.§..nihil commune,ff.de acq.poss.num.2. Guido sing. 761.§..2. Fallit hoc, nisi sint contraria in diuersa instantia,idem sing.79. Bal.l.professio, nume.1.C de muner.pat.Alba consi.9. num. 24.consi.21.nume.5. Maranta de ord. iud.4. par.distin.20.num.4.

6 Argumentum colligitur ex contrarijs, ut dictum est superius in principio, sicut colligitur etiam à contrario sensu,l.1.§.. huius rei, ff.de offic.eius,l. qui testamento, .§.. mulier,ff. de testam.c. cum apostolica,de his, quæ fiunt à prælat.c.cum uirum,de regular. Bald.l.conuenticulam,C.de episc.& cler.quod procedit

in iudic. contr. & ult. uolunt.

7. Augumentum idem operatur quò ad augumentum, quod diminutio quò ad diminutionem, l. legata inutiliter, ff. de adim. leg. l. fin ff. de leg. 3. Bald. l. non nudis, C. de probat.

8. Bonæ fidei contractus si fuerit initus, & eius distractus fuerit bonę fidei, Bart. l. ab emptione, ff. de pact. quod enim requiritur in construendo, idem requiretur in destruendo, l. nihil tam naturale, ff. de reg iur.

9. Bonum quod est, eius contrarium erit malum, c. hospitiolum, 32. distin. Cagnol. l. secundum naturam, nume. 16 ff de reg. iur.

10 Cognito uno de contrarijs, cognoscitur & reliquum, Bart. l. qui accusare, nume. 5. & num. 10. ff. de accusat. Port. Inst. de his, qui sunt sui.

11. Collatio beneficij quemadmodum non requirit scripturam, ita nec eius renunciatio, Bald. c. solicitè, de rest. spol. Natta consi. 442. nume. 11. uolum. 2.

12 Commodum qui sentit, sentire debet & incommodum, c. qui sentit, de reg. iur. 6. l. post perfectam, C. de peric. & com. rei uend l. id, quod, ff eod. l. secundum naturam, ff. de reg. iur. l. si igitur, ff. pro socio.

13. Concordari debent contraria, quantum potest, l. unica, de inoffic. dot. Natta consi. 435. nume. 23. uolum. 2. Dec. consi. 374. nume. 2.

consi.602.nume.6. Rol. consil. 61.nume.31. uolu.2.

14 Contractus si est bonæ fidei, & eius distractus erit bonæ fidei, Doct. com.l. ab emptione, de pact. Euer. in loco à contrarijs, nume.6.

15 Contraria contrarijs curantur, Tiraq. tract. de leg.connub.l.5.gl.1.par.5.num.23.

16 Distinctione temporum concordantur scripturę contrarię, gl.l. apud antiquos, C.de furt. Bar. in prima const. Cod.num.13.tit.de nouo Cod.facien.cum simil.

17 Doctor contrarius non est recipiendus, Ias. l.si ex toto,§.si ita,num.28.ff.de leg.1.

18 Dominium. Sicut fortior est dispositio testatoris dispositione contrahentis in transferendo dominium, ita etiam fortior erit in impediendo trãslationem dominij. Henric. c. Raynald. de testam. Cyn. l. ea lege, C. de cond.ob causam, Euer. in loco à pugnantib. nume.1.

19 Donatio pacto nudo fieri potest, l. si quis argentum, C. de donat. sic etiam nudo pacto resolui potest. Doct.com.l. ab emptione, ff.de pact. Natta consi.442.num.9 uolu.2.

20 Duo contraria in eodem subiecto non possunt esse eodem tempore, l.ubi repugnantia, ff.de reg iur.l.1.C.de furt.l.Titiæ, ff.de cond. & demonst.c.ut qui duas, de elect.6.l.scripturæ, C.de fide instr.l.ius nostrum, ff.de reg. iur.

Iaſ.l.ſi is,qui pro emptore,num.176.ff.de uſu capion.Alex.l.clam poſsidere,§. qui ad nundinas,nume.10. ff. de acq. poſſ. Mantua ſing. 73.nume.2 Tiraq.de leg.connub.l.9. gl. 1. 9. par.num.141.Corn.conſi.302.num.4.uolu.1. Euer.loco ab emph.num.11.

21 Effectus contrarii non poſſunt oriri ex eodem facto,Ripa,l.rem,quæ nobis.num.16.ff. de acq.poſſ.contraria tamen contrarios operātur effectus Specul.li.1.de aduo.§.6. nu. 6. Port. Inſt. de his, qui ſunt ſui.in princ. nu. 2. Alber. tract.ſtat. lib.3.nu. 8.q. 27. Corn.cōſ. 209.nu.3. uol.1.

22 Eligens unum ex contrarijs, uidetur alterū renunciare,gl. l.nihil, uer. ſummouebatur, ff. de inoffic.teſt.l.non ſatis,§. ſi uero,ff. quemadmodum ſeru.amitt.Bart. auth. hoc locum, nu.4.C.de ſec.nupt.

23 Exceptiones contrarias proponens, neceſſe eſt ineſſe mendacium:nam ſi una eſt uera, neceſſariò eius contraria erit falſa, cum ad poſitionem unius contrariorum ſequatur remotio alterius,l.hæc uerba,ff.de uerb. ſign.l. ſed & ſi,ff.de inſt. qua in re diſtingue ut per Din. c.nullus pluribus,num.6.de reg.iur.6.

24 Expellunt mutuò ſe omnia contraria, Soci. conſ.67.nu.35.uol.1.conſ.163.nu.20. uol. 2. not.l.ubi repugnantia,ff. de reg.iur.l.hæc uerba,ff. de uerb.ſign.

25 Eui-

25 Euitari debet in quantum fieri poteſt contrarietas,l.ubi repugnantia,ff.de reg.iur.Bar. l.fin.§.idē,ff.de cōd.indeb.Ceph cōſ.90. nu. 53.conſ.224.num.21. conſ.253.nu.17.Crau. conſ.70.nu.5.Pariſ. conſ. 78. num. 20. uol.1. conſ.77. nu. 5.uol. 4. Maranta de ord. iud.3. par.num.112.

26 Fateri non dicitur alterum, ſi quis contrarium aliquod fateatur, Iaſ.l. 1. in fine, C. de diuerſ. reſcr.ſed ſi quis dicat aliquod contrarium,alterū negare uidetur: quia poſito uno, remouetur alterum, Ber. c. quoniam contra, num.5.de prob.

27 Fertilitas quemadmodum non auget penſionem, ita ſterilitas eā non minuit, ſed una cum altera compenſatur. dixi ego in tract de compenſ. Fallit niſi ſterilitas contingeret ali quo fortuito caſu,Aegid.Boſſ.tract.de remiſſ. merc.in principio.

28 Feudi contractus recipit argumentum a cōtrario ſenſu,Bart.l. Iuriſg. §. quinimò, ff. de pact.Bald.c.quæ in eccleſiarum,de conſt.l.uoluntas, C. de fideicom. Euer. in loco a contrario ſenſu, num.28. item ſi Abbas iurauerit non infeudare, de nouo poterit nihilominus de fundo ad monaſteriū reuerſo eundē, uel alterū inueſtire, quia non nouum,ſed uetus, per locum a contrarijs dicitur. Angel. l.non eſt nouum,ff.de legib.Euer.in loco a cō

trariis.

trarijs,num. 1.
29 Filius quemadmodum non potest compellere patrem se de sua potestate patria dimittere, nisi in certis specialib casibus, §. fin. Inst. quib mod ius patr.pot.solu.l.si lenones, C. de episc. aud. ita etiam è contrario, ut cõtrariorum eadem sit disciplina, pater non potest filium naturalem tantum inuitum redigere in suam potestatem, procurando eũ per rescriptum Principis legitimari. §. generaliter, Auth.quib.mod.nat.effi.sui.& hoc, nisi filius occultaret matrem suam, ne pater eã duceret in uxorem, quia tunc filius inuitus, & iã per rescriptum Principis poterit legitimari, §. sit igitur. Auth. quib. mod. nat. effic. leg. Rom. sing. 230. Euer. in loco a contr. nu. 5.
30 Habilitari forensis quemadmodũ non potest a statuto ad aliquid agendum, ita nec etiam poterit inhabilitari, Ias.l.cunctos populos, C.de summa Trin. & fide Cath. Euer. in loco a contrarijs. nu.5.
31 Incolis onera subeuntibus communicanda sunt Iura Ciuitatis, forenses autem, qui non ligantur statutis, non gaudent beneficijs statutorum. Socin. conf.253.lib.2.Cagnol.l. secundum naturam,nu.4 ff.de reg. iur.
32 In continẽti nemo cõtrariari dicitur, Corn. cons.196.num.3.uol.1.nam ad ea, ff. de cond. & dem.

33 In-

33 Instrumenta contraria non ualent, nisi aliqua distinctione concordari ualeant, Bart. l. scripturæ, nu. 1. C. de fide instr. Idem est, si in eodem instrumento adsit contrarietas: si uerò duo instrumenta contraria producantur a diuersis partibus, standum est parti digniori cæteris paribus, Bart. d. l. scripturæ. contrarietas uerò inter publicam & priuatam scripturam ita uitiat instrumentum, sicuti inter duas publicas, Ruin. cons. 11. num. 21. uol. 3. Grat. cons. 50. nu. 9. uol. 1.

34 Intentans contraria, non auditur, l. 1. C. de furt. l. 1. C. de seru. export. Natta cons. 120. num. 4. Din. c. nullus plurib. de reg iur. 6. numer. 3.

35 Ius Ciuile nullum contrarium habet, §. quibus, 1. const. Cod. Bald. in 1. const. ff. uet. §. 1. num. 8. nec patitur Ius nostrũ, quem pro parte decedere testatum, uel intestatum, l. ius nostrum, ff. de reg. iur.

36 Laudum. Argumentum a contrariis locum habet in laudo, Bald. cons. 142. uol. 2. Euer. in in loco a contrario sensu, num. 35.

37 Legatũ ad pias causas, sicuti fieri potest, cũ duobus testibus, c. relatum, de testam. ita etiam ad reuocationem legati: nihil enim tã naturale est, unumquodq; uinculum dissolui eo modo, quo ligatum est, l. nihil tam naturale, ff. de reg iur. c. 1. eod. tit. Alex. Rub. ff.

de

de acq poss. Euer. in loco a contrariis, nu. 3. Cagnol. d. l. nihil, num. 6.
38 Lex nullum habet contrarium, gl. §. quibus, 1. const. Cod. legis tamen sensus contrarius pro ipsa lege capitur, gl. l qui testamento, §. seruus, uer. argumento, ff. de testam.
39 Libelli contrarietas si iuris interpretatione potest reduci ad ordinem compatibilẽ, processus non est nullus, aliàs secus. Ripa l. naturaliter, §. nihil commune, num. 180. ff. de acq. poss. Aretin. consi. 107. nu. 3. Din. c. nullus, de reg. iur. 6.
40 Malæfidei possessore cognito, cognoscitur possessor bonæ fidei, Din. c. possessor, de reg. iur. 6 Euer. in loco à contrarijs, num. 1.
41 Malum cognoscitur à suo contrario, quod bonum est, c. hospitiolum, 32. dist. Cagnol. l. secundùm naturam, nume. 16. de reg. iur dixi super. nume. 9.
42 Mandatum. Argumentum colligitur à contrarijs etiam in mandatis, l. eum qui, §. filius, ff. de acq hæred. Euer. in loco à contrario sensu, nume. 36. & seq.
43 Natura contrariorum est, ut posito uno, alterum ponatur; & uno remoto, alterum remoueatur; & cognito uno, alterum cognoscatur, Corn. consi. 119. num. 11. uolu. 2.
44 Obligatio quemadmodum nõ tollitur tempore, l. obligationum, §. placet, ff. de act. & oblig.

oblig. l. si certis, C. de pactis Euer. in loco à contrarijs, num. 5.

45 Onus qui sentit, sentire debet etiam lucrũ, c. qui sentit, de reg. iur. 6. l. unica, §. pro secũdo, C. de cad. tollen. §. cum autem, Inst. de empt. & uend. Euer. loco à contrarijs, num. 5. Cagnol. l. secundum naturam, ff. de reg. iur. l. sit igitur, ff. pro socio, c. rationi, de reg. iur. 6. l. filium, §. si à legato, ff. de leg. præst. l. licet, ff. de leg. 2.

46 Offensa ubicunq; est prohibita, ibi econtra permittitur defensio, l. si seruus, C. de his, qui ad eccl. confug. l. 2. C. quãdo liceat unicuiq; Doct. l ut uim, ff. de iust. & iur. Euer. in loco à contrarijs, num. 2.

47 Pactum colligitur etiam à contrarijs, l. inter, §. cum inter, ff. de pact. Corsett. sing. 2. Bald. l. apud antiquos, C. de furtis. Euer. in loco à contrario sensu, num. 25.

48 Possesio. Missio in possessionem est mixti imperij, sicut & reuocatio, l. iubere, ff. de iurisdict. omn. iud. l. ea quæ, ff. ad mun. Vnde quibus modis acquirimus possessionem, ijsdem etiam illam amittimus, l. quéadmodum, ff. de acq. poss. l. 3 ff. eod. Cagn. l. nihil tam naturale, nume. 5. ff. de reg. iur.

49 Posito uno de contrarijs, remouetur & reliquum, Alex. consi. 84. nume. 9. uolu. 4. Ber. c. quoniam, num. 5. de probat. secus in diuersis

subie-

subiectis, Paul. l pater, num. 2. ff. de cond. & demonst. nam tunc uno concesso, alterum quis fatetur. Tindar. tract. de test. nume. 32. Decis. Bon. 72. nume. 2. l. hæc uerba, ff de uerb. sign.

50 Potentia eadem est contrariorum. Natta consi. 442. num. 9 uolu. 2. l. si contra. ff. de uulg. l. 1 ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. gl. §. illud, Inst. de societ. Bald. l. pen. C. de solut. Inst. de tutel. in princip.

51 Priuilegium non colligitur à contrario sensu, quia illud est lex priuata contra, uel præter ius commune, & debet strictè intelligi, Doct. c. cum in partibus, de uerb. sign. c. licèt, de priuil. præsertim cum agitur de præiudicio tertij, Socin. consi. 246. uolu. 2. colum. 6. Euer. in loco à contrario sensu, num. 33. & seq.

52 Regula Cancellariæ suscipit argumentum à contrario sensu, gl. reg. 9. cancell. Fel. c. 2. de rescr. c. inter cæteras, de rescr. Euer. in loco à contrario sensu, num. 3.

53 Remedia contraria intentari possunt in diuersis libellis, atque in diuersa instantia, Ias. l. etiam, num. 2. C. de inoffic. test. si uerò remedia contraria competent ex uno testamento, uno electo, alterum tollitur, Ias. l. eum, qui nume. 6. C. de inoffi. test.

54 Remissio comprehendit futura, quemadmodum generalis obligatio, l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss. l. si ita, ff. de auro, & arg. legat.

Capra conſ.3 numer.23. Neguſant. tract. de pignor.2. memb.2.par.num.1.Cephal. conſ. 227.num.3.

55 Reſcripti mens colligitur a contrarijs,gl. l. ſi procuratorem,.§. ſi ignorantes,ff.mand. Salyc.l.conuenticulam.C.de epiſc.& cler.l.1.§. huius rei, ubi Doct.com.ff.de offic. eius.

56 Reſolutio actus eius eſt naturæ, cuius eſt productio, l. nihil tam naturale, ubi Cagnol. nu.1.ff.de reg.iur.c.1.eo.tit.l. prout,ff. de ſol. l.fere,ff. eod. Iaſ l.omnium,C.de teſtam. & in Rub ff.de acq.poſſ.

57 Scriptura contraria non probat, Bald. l. 1. numer.10. C.de furt. dixi ſuper. uer. inſtrumentum.

58 Sententiæ uerba recipiunt argumentum a contrario ſenſu,l.Pomponius,.§..ſed & ſi, ff.de procurat.l.ſi inter,ff. de exc. rei iud. Ant.Cor ſett.ſing. 3. Euer. in loco a contrario ſenſu, num.34.

59 Statutum excludens ſororem a ſucceſſionē fratris, non per hoc è contra excludet fratrē a ſucceſſione ſororis,quia iſtorum contrariorum non militat par ratio, Bald. l.lege,C.de legit.hæred. Iaſ.Rub. ff. de acq. poſſ. Cagn.l. ſecundum naturam,num.20.ff.de reg.iur. regulariter tamen argumentum a cõtrario ſenſu locum etiam habet in ſtatutis, Euer.in loco a contrario ſenſu,nu.22.

60 Steri-

60 Sterilitas non minuit pensionem, quemadmodum fertilitas non auget, nisi sterilitas ueniat fortuito casu, Boss. tract. de remiss. merc. col. 4. dixi super uer. fertilitas.
61 Téperamentũ optimũ fit ex duob. cõtrariis, gl. 3. l. 2. §. si quis tamẽ, ff. si quis caut. gl. fin. l. si quis ff. de neg. gest. gl. fin. l. si peculiũ, ff. de stat. lib. Bart. l. si seruus, nu. 4. ff. de pig. act.
62 Tenuta, quæ fuit data de facto, non citata parte, poterit etiã non citata parte reuocari, Bart. l. si pacto. C. de pact.
63 Testamentum quemadmodum condi potest cum duobus testibus, ita & etiam & reuocari, fauore piæ causæ. Natta cons. 442. uol. 2. nu. 9. Cephal. cons. 74. num. 11. contrarietas uerò testamentorum reddit utrumqne nullũ, Curt. cons. 121. num. 19 uol. 2. l nihil, nu. 2. ff. de reg iur. Item quis non potest decedere pro parte testatus, atque etiam pro parte intestatus, l ius nostrum, ff. de reg. iur. l. si is, qui. ff. de testam. Fulg. cons. 9. Paul. cõs. 189. Barb. cons. 9. col. 6. cõs. 58. uol. 4. Alex. cons. 105. uol. 4. Ias. cons 196. uol. 2. Dec. cons. 488.
64 Testes contrarii non debẽt puniri, gl. l. pen. l, duobus, de iureiur. & standum est dignioribus, Bart. l scripturæ, num. 2. C. de fide instr. Item nota quod ex dictis testiũ non sumitur arg. a contrario sensu ad hoc, ut dicta testium annullentur, uel testis de falso puniatur,

tur,c.quod dicitur, de uerb.sign. si tamen testis dicat Titium esse malæ famæ; interrogatus quid intelligat per bonam famam, dicat nescio, non probat; gl.c.sciendum, 8. q. 1. opposita enim iuxta se posita, magis elucescunt, Euer. in loco à contrarijs, nume. 5. Item contrarietas modica in facto principali testium, non uitiat, Grat. consi. 43. nume. 26. uolum. 2. Alex. consi. 36. nume. 6. uolum. 3. consi. 42. nume. 19. uolum. 3. dixi ego in tract. de reg. iur. reg. 5. Ampl. 43. Item contrarius testis non dicitur ille, qui hodie unum credit, cras autem alterum, Iaf. l. si ex toto, §. si ita, nume. 28. ff. de leg. 1.

65 Toleratur contrarietas circa diuersa; Iaf. l. qui Romæ, §. Seia, nume. 4. ff. de uerb. oblig. maximè per distinctionem, Ruin. consi. 111. nume. 11. uolum. 3. consi. 76. num. 4. uol. 4.

66 Vassallus non debet copulare amicitiã cum inimicis domini sui; & si contrarium fecerit priuabitur feudo, gl. & Doct. com. l. liberi, C. de inoffic. test. gl. l. 1. §. cum patronus, ff. de offic. præf. urb. ita etiam non debet habere inimicitias cum amicis suis ipsius domini, c. imperialem, §. illud, de proh. feud. alien. Euer. loco à contrarijs, nume. 5.

67 Velle qui potest, dicitur posse & nolle, l. eius, ff. de reg. iur. l. pater, ff. de cond. & demonst. l. 4. ff. de acq. hæred. Dec. consi. 273. Ampl. & li-

mit. secundum Cagnol. & Dec. l. eius est nolle, ff. eod.

68 Vitiat actum quælibet contrarietas, Natta consi. 170. nume. 7. uolu. 2. Alba consi. 29. nume. 6. not. Doct. com. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poss. c. nullus, ubi Dyn. de reg. iur. 6.

69 Vltima uoluntas, declaratur per arg. à contrario sensu, l. si legatum, ff. de adim. leg. l. quod purè, ff. quando dies leg. ced. l. aliquando, ff. de cond. & demonst. l. Lucius, ff. de hæred. inst. Corset. sing. 4. Euer. in loco à contrario sensu, nume. 41. ubi ampl. & lim. multis modis.

70 Vnum contrarium per aliud declaratur, Grat. consi. 139. nume. 27. uolum. 1. contraria enim contrarijs noscuntur; & dici solet, opposita iuxta se posita, magis elucescunt, uulg. iur. sit igitur dictum, contrariorum eadem est disciplina. Declaratur iterum hoc dictum quò ad cognitionem, l. 1. ff. de his, qui sunt sui. Secundò intellige contrariorum esse eandem disciplinam, idest iuris decisionem, Doct. com. l. diem, §. stari, C. de solut. Tertiò procedit, ubi oppositorum eadem fuerit ratio; si uerò in contrarijs eadem non sit ratio, sed contraria, tunc eadem erit disciplina per cõtrarium: quia quod statuitur in uno ex contrarijs per unam rationem, in suo contrario

oppo-

oppositum statuitur per contrariam rationem, l. si negotia, ff. de neg gest. Quartò declara, ut non procedat in his, quæ sunt stricti iuris, Cagnol. l. secundum naturam, num. 15. ff. de reg. iur. & ex his declaratur dictum, Contrariorum eadem est disciplina.

## SVMMARIA.

1 *Vtile per inutile non uitiatur.*
2 *Vtile accipitur largè, & strictè.*
3 *Vtile quatuor modis capitur.*
4 *Vtilitas publica, quæ sit.*
5 *Vtile quid sit.*
6 *Vtile pro actu ualido capitur.*

## REGVLA SEXTA.



1 VTile † per inutile non uitiatur, c. utile, de reg. iur. 6. Bart. l. certi, §. quoniam, nume. 3. ff. si cert. pet. l. Pedius, §. in seruum, nume. 3. ff. de rec. arb. l. Græcè, §. illud, ff. de fideiussor. Cyn. l. sancimus, C. de donat. Ias. d. §. quoniam, num. 7. Doct. com. l. 1. §. pen. ff. de uerb. oblig. Faber §. si quis, nu. 1. Inst. de inut. stip. Bald. c. Messanæ, de elect. Rom. cōsi. 66. not. c. dilectus, de præb. glo. c. querela, de simon. §. neque, Auth. de reb. eccl.

non alien. Bart.auth.qui rem, C.de sacrosanct. eccl.Bald.auth.si quis ruinas, C. eodem. Iaſ.l. planè, num. 10.ff.de leg.1. Iaſ.l. si ita, §. Chrisogonus, nume.48.ff.de uerb.oblig. Abb.c.illa, num. 10.de elect. c.cum tempore, nume.4. de arbit.c.cum super, nume.8.de offic.deleg. Alex.l.si ita, §.si ita, nume. 2.ff.de uerb. oblig. Mant.sing.535.Paris.consi. 38. nume.77.uolum.3.Paul.consi.431.nume.2.uolum.1.Bald. consi.117.nume.3.uolu.5. Paul.l.si mihi, nume.2.ff.de uerb.oblig.Angel consi.136.Paul. l.si finita, §.hoc edicto, nume.2.ff. de damno infect.Ruin.l.hoc edicto, §. nunciatio, nume. 189.ff.de nou.oper.nunc. Alciat.l.1.§. sed si, nume. 4. ff. de uerb. oblig. ubi Crot.nume.5. dixi ego in tract. de reg. iur. reg.4. nume.26. Crau. in responso pro genero, nume. 131.

2 Pro huius dicti declaratione not.† quòd utile capitur duobus modis, in genere uidelicet, & in specie, seu largè, & strictè. Primo † modo si
3 capiatur in genere, comprehendit hos quatuor casus. Primo utile dicitur id, quod rem meliorem facit, l.quod dicitur, §.fin.ff.de impens.in reb.dot.fact.l.impensæ, ff. de uerb.sign. Secundo modo utile dicitur id, quod quidem facit damnum euitare, & incommoditatem tollit, l.si quis, §.fin.ff.ad exhib. c.unico, de forma fidel. Tertio, quod est necessarium, Doct.c.1.de iur.calum.6.l.1.ff.quando appel. sit.

sit. Quarto dicitur utile, quod pium & honestum est, Auth. de refer. sacri palat. Vnde
4 † dicitur publica utilitas, quæ consistit in ecclesijs, & sacerdotibus, Bart. l. 1. ff. solu. matr. l. 1. §. publicum, ff. de iust. & iure, cum gl. uer. sacris, c. aurum, 12. q. 2. Secundo modo capi-
5 tur utilitas strictè, & in specie, † quando rem meliorem facit, & deteriorem esse non sinit, Aug. Ber. c. nulli, nume. 39. de reb. eccl. non
6 alien. in isto tamen casu † utile pro actu ualido accipitur, qui per inualidum actum non uitiatur, ut multis exemplis inferius ostendam.

## Ampliationes.

1 Arbitrium prorogandi intelligi debet de prorogatione ualida, quod si inualida fuerit, poterit iterum fieri, Bald. consi. 144. uolum. 4. Salic. l. dotis, ff. de iure dot. Ias. l. diuortio, §. quod in anno, ff. sol. matr.

2 Actus ualidus pro inualido non tollitur, Ias. l. certi, §. quoniam, nume. 8. ff. si cert. pet. Fel. c. 2. de treg. & pace, l. qui per salutem, ff. de iureiur.

3 Actor, qui succubuit propter ineptitudinem actionis, iterum auditur aptè eam proponens, c. examinata, de iudic. Item actor, qui à iudicio repellitur, quia reus rem petitam

non posſidebat, non prohibetur iterum agere,ſi reus incęperit poſsidere,l.quoties,§. fin. l.ſed etſi.ff.de nox.act.l ſi à te, l. ſi rem, ff. de exc.rei iud.l procurator, ff. rem ratam habe. l.neque, C. ad exhib. l. ſi is, qui, ff. de exc.rei iud.Paul.conſi.213.uolum.2. Tiraq. tract.retract.tit.1.§.8.num.3.

4 Alienari res prohibita,ſi contingat quòd in aliquem alienetur cum alia non prohibita uni co precio, talis alienatio uitiatur in totum, quia in indiuiduis utile per inutile uitiatur, l.ſtipulationes non diuiduntur,ff. de uerbor. oblig.ſecundum mag.com.opin.de qua atteſtatur Alex. in termin. conſi. 143. uolum.7.ſi tamen fuerit aliquid prohibitum alienari ultra triennium, & alienatio fiat ultra decem annos, ualebit tamen ipſa per triennium, Bald.conſi.475.nume.6.uolu.1.

5 Appellare iterum poterit ille, qui appellauit, ſed ineptè exceptionem, à qua repulſus eſt,propoſuerat, etiam eo caſu,quo alius non poſſet amplius appellare,Cardin.Flor. clem. fin.not.2. de appellat. Tiraq. l. boues, §. hoc ſermone,lim. 1. uer. cui, de uerb. & rerum ſignifi.

6 Beneficia plura impetrans, quorum unum ſit curatum, alterum autem ſine cura; ſi contingat, quòd curatum non poſsit obtineri reſpectu idiomatis, uel alterius impedimen-

ti,

ti, obtinebit tamen simplex, de quo fiet expeditio litterarum, Mandos. in reg. 20. de idiomate, q 9.nu. 10.in terminis.

7 Compromissum factum in liberum, & seruũ, redditur inutile in personam liberi propter adiectionem serui, l.parui, ff. de arbitr. Din. d.c.utile,nu.3.Bart.l.Labeo.§.in seruum,nu. 3.ff.de rec. arbitr.Si tamen cõpromissum fiat super pluribus,quorum aliqua non dependẽt à potestate compromittentiũ, tamen per expresionem inutilium non uitiatur compromissum,Abb. c. cũ tempore,not.3.de arbitr. quia utile per inutile non uitiatur, & tot dicuntur compromissa, quot sunt res,Ias.l.1.§. sed si, nu.20.ff. de uerb. oblig.Spec.§. si seruo, in.1. parte de arbitr. Angel. cons. 247. Marsil. sing. 199.Abb.d.c.cum tempore,nu. 4. Tertiò si fiat compromissum in Clericum, & laycum de re spirituali, ualet compromissum, licèt in laycum solum fieri non possit, Abb.c.per tuas,nu.3.de arbitr. nam utile per inutile nõ uitiatur,& Clericus associatus layco, facit laycum capacem illius actus, quem solus exercere non potest,c.Messana, c. sacrosancta, de elect. Ioan.Andr. c. nobis, de iure patr.solus.n.laycus non potest ratione honestatis, non autem incapacitatis, ut dictum est de seruo. Quartò si compromissum fuerit in tres cum hoc, quòd si duo erunt concordes

tertius locum non habeat;modò tres concordes iudicarunt,an ualeat laudum? Resp. fuit, quòd sic, per hanc reg.ita in term. Bald. cõ. 42.uol.1.not.Butigella l.1.§.sed si,nu.6.ff.de uerb. oblig.

8 Conditio impossibilis pro parte tantùm ualet, pro qua est possibilis, Alex. l. impossibilis,ff.de uerb.oblig. Bart.l.1.ff.de cond. inst. Item not.quòd hæres institutus sub conditione,si ante conditionem existentem repudiauit, nihil egit,not.l. is qui,ff. de acq. hæred.l. nec is,§.1. eo.tit.not.l.si ut proponis,C.quomodo, & quando Iudex. Tertiò ille, qui agit ad debitum ex conditione,nondum ea conditione postea impleta,denuò potest agere, quia actus utilis per inutilem non uitiatur, l. grege,§.si sub conditione ff. ædil.ed.l. si mater, §. eandem,ff. eod.

9 Confessio facta in contractu inutili ualet, & probat, & sic inualiditas principalis contractus non uitiat confessionem in eo contentam, Doct. com.l.cum stipulamur,§. Chrisogonus,ubi Ias.nu.47. ff. de uerb.oblig.l.1.§. si quis ita,l. decẽ,ff. eod.Bald.l.1. C.de præscr. 30. anno. Idem est in confessione facta in iudicio inualido, in quo processus nõ ualet, tamen probat, dummodo Iudex fuerit competens,Ioan. And.c.Pisanis.de rest.spol. Bart.l.si confessus,ff. de cust.reorum. Tertiò,

confes-

confesſio facta in iudicio, licèt poſteà ſit perempta inſtantia illius iudicij, tamen remanet ualida, Bald. l. properandum, C. de iudic. Abb. c. pen. eod. tit. Iaſ. d. §. Chriſogonus, num. 48.

10 Confirmatio ubi poteſt referri ad actum, qui eſt contra ius, & ad actum, qui eſt ſecundum ius, operatur in caſu, qui eſt cõtra ius, Ant. c. dudum, de decim. Ruin. conſ. 109. nume. 17. uol. 4.

11 Conſtituens plus ſe ſoluturũ debito, tenetur tãtum uſque ad debitam quantitatem, neque per hoc uitiatur conſtitutum, l. hactenus, §. ſi quis centum, ff. de conſt. pec. Iaſ. §. in perſonam, num. 35. inſt. de actio.

12 Contractus celebrati etiam cum eccleſia, nõ uitiantur per reg. utile per inutile, Iaſ. conſ. 55. uol 1. in term. idem l. certi, §. quoniam, nu. 8. ff. ſi cert. pet. quod idem eſt in ult. uol. l. ſancimus, C. de teſtamen. l. ſi quis, ff. ad Trebell. l. ſi uir. ff. de leg. 3. Bar. conſ. 16. num. 62. uol. 4. Natta conſ. 479. num. 29. uol. 3. l. ſancimus, §. ſi quis autem, C. de don. l. pecuniæ, l. placuit, ff. de uſur. l. cum allegas, C. eod. Tiraq. in tract. de retr. conu. in fine, nu. 145. & num. ſeq.

13 Creditor petẽs plus debito, amittit debitũ, quando cautio, de qua agitur, ſit extorta de maiori ſumma. Item quòd propter dolum, &

quod reus ſit uocatus in iudicium,& lis ſit cõteſtata, & quòd in probationibus liqueat de dolo actoris, aliàs utile per utile nõ uitiatur, not.l. 1.C. de plus pet. Capic.deciſ.49. nu.4.

14 Datio in ſolutum facta in plus debito, uitiatur in totum, Guliel. l. certi,§. quoniam,ff.ſi cert.pet. Alex.l.1.§.ſed etſi,num.3. ff.de uerbor.oblig. Bart.l. non ſortem,§. ſi centum,ff. de cond. indeb. Alex. l. iuſtè, ff.de acq. poſſ. Franc.Curt.in addit.ad Alex. d.§.ſed etſi. ſicuti miſsio in poſſeſsionem plus debito uitiatur in totum, not.l.1.§. hæc uerba, ff. ne uis fiat ei.Rom.conſi.254.Bald.l.ordo,C.de exec. rei iud.l.fin.C.de iure.dot.Dec.l.certi,§.quoniam,num.4.ff.ſi cert.pet.

15 Decretum iudicis ſuper multis interpoſitum, ad ualida tantùm refertur, Ruin. conſi. 109.uolum.4.nume.21. Innoc. c. dudum, de decim. Reg.tamẽ erit talis,decretum ex falſa cauſa interpoſitum,eſt nullum, l. magis puto, §.ſi æs,ff.de reb. eorum.l. Seiæ, ff. de tutor.& cur.l.etſi,C.de præd.minor.Bened.l.iuſta,nume.3.ff.de manu uind. l. cum uerò, §.ſubreptum, ff.de fideic. liber. Iacob. l. hoc edicto, num.10.ff.quod quiſq; iur. Corn.conſi.132. nume.12.uolum. 2. Alex. conſi.69. nume.1. uolum.3. Alciat.tract.præſ.in 3. par.præſ.10. Ruin.conſi.160.nume.27.uolu.2. Pariſ.conſil.99.nume.16.uolum.1.Ampl.etiam ſi cauſa

ſit

sit pro parte falsa, Bart. l. si non sortem, §. si centum, nume. 5. ff. de cond. indeb. Rom. consil. 454. num. 12. Dec. consi. 43. num. 20. Ruin. consi. 160. num. 27. uolum. 2. Paris. consil. 100. nume. 31. uolum. 1. quia sententia indiuidua est unius capituli, l. in hoc, ff. famil. ercisc. l. Græcè, §. illud, ff. de fideius. Bald. l. certi, num. 3. ff. si cert. pet. Bald. consi. 223. num. 2. uolu. 2. Afflict. decis. 218. nume. 4.

16 Dispositio bonorum potest esse pro parte ualida, & pro parte inualida, Paris. consi. 38. uolum. 3. nume. 37. Idem est, si sit circa personas habiles, uel inhabiles, Alber. l. hæreditas, ff. de hæred. inst. Bald. l. 1. ff. de cond. instit.

17 Donatio facta ultra quingentos aureos, non uitiatur, nisi quatenus modum excedit, l. sancimus, C. de donat. l. sed etsi, ff. de const. pec. l. placuit, de usur. l. siue, ff. de iur. dot. l. quæ extrinsecus, ff. de uerb. oblig. Dyn. c. utile, num. 2. de reg. iur. 6. Dec. consi. 434. num. 16. uolu. 2. Paul. l. fin. C. com. de leg. Angel. consi. 179. Paul. consi. 103. Alex. consi. 4. uolum. 1. Cald. consi. 1. de donat. Fab. §. aliæ, Inst. de don. Curt. consi. 66. num. 6. uolu. 4. Item not. quòd donatio, non obstante defectu insinuationis, redditur efficax, cum iuramento, not. c. 1. de pact. 6. c. licèt, de iureiur. 6. Alex. consi. 12. uolum. 2. l. nemo, ff. de leg. 1. Rom. consi. 26. Abb. consi. 107. uolu. 1. Aret. consi. 47. Corn. consi.

221.uolum.1.Dec.consi.432.nume.18.& seq. Alc.l.1.§.sed si.num.7.ff.de uerb.oblig. Item donatio omnium bonorum, an ualeat saltem quò ad præsentia, non autem quò ad futura? Resp. quòd non, Bart. & Bald. l. fin. C. de pact.

18 Electio canonica si præcedat, non uitiatur per quamcunque confirmationem quocunq; iure inutilem, c.si confirmationem, de elect.6. Dyn.d.c.utile, nume.1. Secundò eligendi ius non consumatur per electionem inutilem, c. perpetuæ, c.si compromissarius, de elect. 6.c. ne captandæ, de concess.præben.l.2.ff.de opt. leg. Doct.l.cum quidam, ff. de leg. 2. Alexan. consi.81.uolum.5. Bart.l.non putauit,§.non quæuis, ff.de contratab.nisi fuisset facta scienter electio indigni, Brix.qō.79. Alber.l.quoties, ff.de optione leg.not. c. auditis, de elect. gl.c.scriptum, de rescr. Tertiò uirtute statuti fieri debet singulis annis electio officialis. contigit, quòd facta fuit per tres annos, an saltem ualeat per unum tantùm annum? Resp.fuit, quòd non per Roma.consi.66.num.2. in terminis. quia in statuto fuerunt apposita uerba dicentia, si contrafiat, electio sit nulla, quæ cum dent formam electioni faciendæ, tunc utile per inutile uitiatur, not. l. 1. § sed etsi, ff.de uerb.oblig. Roman.consi.450.& decretum irritans, formam inducit, Roman. consi.

consi. 23. Alex. l. hac consultissima, nume.4. C.qui test.fac.poss.Ias.l.non dubium,nume.8. de legib.Dec.consi.229. nume. 2. Gomes. in reg.de annali,q.6.

19 Emphyteusis concessa ultra generationem permissam, uitiatur tantùm in eo, quod excedit, Angel. §. quod autem, Auth. de non alien. Bald. auth. si quas ruinas, C. de sacrosanct.eccl.Doct.com.auth.qui rem,C.eod.tit. Imol.c.2.de feud.Rom.l.1.§. si stipulanti, ff. de uerb.oblig.idem consi.66. Alex. consi.28. uolum.2. Ruin.consi.57. nume. 13. uolum. 1. Tiraq.tract.de retr.conuent.§.fin.nume.146. com.dicit. Fallit,quando appositum esset decretum irritans,Alex.consi.143. nume. 4. uolum.7. ubi dicit, quòd emphyt. quæ concedi potest usq; in tertiam generationem tantùm, si fuerit concessa in perpetuum, uitiatur in totum,eo quia est unica cócessio,Bald.l.quæcunque,C.de bon.quæ liber. l. si pupillorum, §.fin,ff.de reb.eorum, Imol.l.quod dicitur,ff. de uerb.oblig.Alexan.d.consi.143. nume.4. mag.com.dicit Bald.consi.474.nu. 6.uolu.1. Item emphy.alienans res ecclesiæ irrequisito domino,non cadit nisi à parte alienata,quòd uerum est saltem in emphyteuta ecclesiæ,Alexand.consi.99.uolu.5.Butig.l.1.§.sed si mihi, nume.16.ff.de uerb.oblig.

20 Emptio facta pro se,& pro Titio, ualet pro se in

in totum,si Titius noluerit,l.fundus,ff.de contrahen.empt.

21 Excommunicati si fuerint sepulti in cemiterio, adeò ut discerni non possint ab his , qui non sunt excommunicati, omnes debent remanere,c.sacris,de sepult. Ias.l. 1. §. sed etsi, nume. 10.ff.de uerb.oblig.

22 Feudum concedi solitum masculis, si fuerit concessum in masculos, & fœminas, non uitiatur concessio quantum ad masculos, Bald. l.si pupillorum,§.fin.ff. de reb. eorum, not.c. 1.tit.qui feud.dare poss.Bald.c.1.§.similiter, de lege Conrad. Imola l. quod dicitur, ff. de uer.oblig c.2.de feud.Fulg.consi.220 Georg. tract.feud.uerb.in feudo.Curt.d.tract. 2.par. 6. q. ubi dicit hanc esse com. Tiraq. tract. de retr.conuent.§.fin.num.146.

23 Fideiussor si obligauerit se in plus, quàm teneatur principalis, non per hoc uitiatur fideiussio,sed tenetur in eo quod ipse debet, Bal. §.fideiussores,Inst.de fideiuss.Butig.l.1.§.sed etsi,nume.10.ff de uerb.oblig.

24 Forma cum sit de genere indiuisibilium, in ea utile per inutile uitiatur,Doct.com.l.si certi,§.quoniam,ff.si cert pet.l 1.§.sed etsi,ff.de uerb.oblig.Rol.consi.73.num.65.uolu.3.

25 Habiles cum inhabilibus in factis uniuersitatum admittuntur, Abb. c. illa,nume. 10.de elect.c,super,de offic. deleg. c.fin. de procur.


Ias.

Iaſ.l.1.§. ſed etſi,num.17.ff.de uerb.oblig.

26 Indulgentiæ conceſſæ ab Epiſcopo in eccleſijs eo ſaltem ualent, quo Epiſcopus dare poterat,gl.& Ioan.And.c.fin.de pœnit.& remiſſ. 6.Rom.conſi.66.num.2.

27 Inſtrumentum, in quo ſunt aliqua, quæ non poſſunt legi,nec intelligi, aliqua ſic, non tamen uitiatur in totum inſtrumentum,not.l.2. ff.de his, quæ pro non ſcrip. hab. Iaſ.l.1.§. ſed etſi,nume.12.ff.de uerb.oblig. Item ſi fiat pactum,quòd debeat fieri inſtrumentum,debet intelligi de inſtrumento ualido, Bald.c. conſtitutus,de tranſact.l.cum precibus,C.de probat. not. Paul. l. ſi ex falſis, nume. 3. C.de tranſact.

28 Iudex, qui in decem tantum iudicare poteſt, ſi in uiginti iudicat, ualet ſaltem ſententia in decem,Doct.c.ea quæ,cum glo. de reg.iur. 6. Rom.conſi 66.num.1.

29 Iuramentum, quod ferri debet, ſi contingat non ſortiri ſuum effectum debet iterum præſtari, not. Doct. l. qui per ſalutem, ff. de iure iur. Tiraq. d.loco,ueri primò.

30 Iuriſdictionalia dicuntur indiuidua, in quibus utile per inutile uitiatur, Ber. conſ. 163. nu.5.uol.3.Doct.c.cum ſuper,de offic. deleg.

31 Legatum factum mulieri omnium bonorũ, non uitiatur in totum, ſed tantum ultra quartam partẽ,l.hac edictali,C.de ſec.nupt.l.ſan-

cimus, C. de don. l. si is, qui. ff. de uulg. & pup. ubi habetur, quòd si relinquatur totum ei, qui potest solùm capere partem, excludi debet tãtùm ab excessu, Ruin. cons. 43. num. 9. uol. 2. Item legata ualida in testamento inualido, debentur, Ias. & com. Doct. auth. ex causa. C. de liber. præt.

32 Legatus, qui fecit factum licitum, & illicitũ, attenditur licitũ, c. dilectus, de præb. Abb. c. fin. de probat. Ias. l. 1. §. sed etsi, num. 9. ff. de uerb. obligat.

33 Lex, quando aliquid fit in fraudem legis, siue contra legem, utile uitiatur per inutile; l. si libertus, §. pen. ff. de iure patr. Bald. l. certi condictio, §. quoniam, ff. si cert. pet. Ruin. cõs. 169. nu. 27. uol. 4.

34 Libellus in parte aptus, & in parte ineptus, non uitiatur in totum; imo utile per inutile non uitiatur, Doct. com c. ad dissoluendum, de desp. impub. gl & Doct. l. si quis homicidij, C. de accusat. Bald. l. ex eo, ff. de testam. mil. c. 1. & seq. de mil. uas. Bald. Rubr. de offic. iud. Ias. l. 1. §. Sed etsi, ff. de uerb. oblig. num. 14. Ioan. in addit. ad Spec. tit. de act.

35 Locatio rei ecclesiæ facta ultra tempus a iure permissum, est nulla etiam pro tempore excessiuo, Lap. Alleg. 80. num. 2. Ias. l. 1. §. sed etsi, num. 8. ff. de uerb. oblig. Redoan. tract. de reb. Eccl. non alien. §. item, nu. 23. pag. 349.

349. dixi super.num. 19. Afflict. decis. 107. quia ubi est decretum irritans, utile per inutile uitiatur, ut extr.ambitiosæ, de reb. eccl. non alien.

36 Mandatum citandi non finitur per citationē iuualidam, Alex.l. serui, ff. de leg. 1. Rom.l. qui per salutem,ff. de iureiur. actus.n. præcedens inutilis, non impedit reiterationem sequentis utilis, Alber.d.l.qui per salutem.

37 Matrimonium inualidum non impedit secũdum contrahi,c.si uerò,31.q.1. c.iuuenis,de sponsal.c. litteras, c.accessit,de desponſ. impeb.gl.c.non præstat, de reg.iur.6.

38 Notarius si scripserit instrumentum, quod pertinet ad ipsum Notarium,& etiam ad aliũ, & ad utrunque principaliter, tale instrumentum non ualet,quò ad ipsum solum, sed bene quò ad alium,not.l.filius,.§.. sequens.ff. de fals.Bald.l.fin.C.de con.fisc.deb. lib.10.Ias.l. 1.§.. sed etsi,num. 16.ff. de uerb.obligat.

39 Nunciatione finita per mortem nunciantis, & ita effecta inutili& inefficaci,potest iterum nunciari,gl.l.non solum,.§..morte.uer. ius prohibendi,ff. de oper.nou.nunc. Bart.l.cum procurator, .§.. si dominus,ff.eod.tit.l. Prætor.§.. hoc autem, ff. eod.

40 Nuptiis inutilibus contractis, non impletur conditio, si nupserit,not.l.hæc conditio,ff de cond.& demonst. nam quando dispositio lo-

quitur de aliquo actu, intelligi debet ipsa de actu ualido, quia actus inualidus habetur pro non facto.

41 Obligatio, siue promissio una ualida, non irritatur ex alijs inualidis, Aret. consi. 54. num. 2. & seq. Bart. l. si unus, §. pactus, ff. de pact. Doct. l. Mœuia, §. fundus, ff. solu. matr.

42 Optio non consumitur, nec etiam tollitur per optionem inutilem, l. 2. §. 1. ff. de opt. leg. unde data optione seruorum, si optauerit liberum, optio non tollitur.

43 Præsentatio facta à duobus procuratoribus, quorum unus est falsus, & alter uerus, an uitietur præsentatio, seu electio? Bert. tract. de episcop. 1. lib. 3. par. q. 57. Lambert. in tract. de iurepatr. lib. 2. artic. 4. quæst. 1. par. 2. nume. 2. & sequ.

44 Principalis inualiditas contractus non uitiat confessionem in eo contentam, Ias. l. cum stipulamur, §. Chrysogonus, num. 47. ff. de uerb. oblig. Doct. com. l. 1. §. si quis ita, l. decem, ff. eod. Bald. & Angel. l. 1. C. de præscr. triginta anno. Vnde si mulier contraxerit sine consensu duorum propinquorum, licèt contractus sit nullus, quia factus non seruata forma statuti, tamen ex confectione instrumenti publici probatur confessio, & illa gesta. dixi latè super. num. 9.

45 Promissio utilis per inutilem non uitiatur, ita

ita in terminis text ubi Doct. com. l. 1. §. sed etsi, num. 1 ff de uerb. oblig.

46 Pupillo contrahenti si tutor unus uerus, & alter falsus, præbuerit authoritatem contrahendi, ualet nihilominus contractus ea ratione, quia utile per inutile non uitiatur, l. 1. §. sed Pomponius, ff. quod fals. tuto. auth. Dyn. c. utile, num. 1. de reg. iur. 6. Abb. c. illa, num. 10. de elect. c. cum super, num. 8. de offic. deleg. Ias. l. planè, num. 10. ff. de leg. 1.

47 Quantitas. In quantitatibus utile per inutile non uitiatur, l. sancimus, C. de donat. l. eos, C. de usur. Vnde fideiussor, si in plus fideiubet, quàm principalis teneatur, non annullatur quidem, nisi pro concurrenti quantitate, l. hactenus, ff. de const. pec. Faber §. fideiussores, num. 1. Inst. de fideiussor. l. 1. §. si stipulanti, ff. de uerb. oblig.

48 Quietatio inutilis non liberat ab utili facienda per hanc regulam; Bart. l. certi. §. quoniam, nume. 3. ff. si cert. pet. ubi Ias. nume. 7. Rom. consi. 66 Bart. auth. qui rem, de reb eccl. non alien. Ias. l. planè num. 10 ff. de leg. 1. l. si ita, §. Chrysogonus, nume. 48. ff. de uerb. oblig. Mantua sing. 535. Paris. consi. 38. nume. 37. uolum. 3.

49 Religionem ingrediens, retentis sibi aliquibus bonis, ualet ingressio: uitiatur autem retentio, gl. & Angel. l. per seruum, ff. de usu. &

hab. gl.auth. ingressi, C. de sacrosanct.eccle. Ioan. And. & alij, c. fin. de cond. appos.not.l. ubi ita,ubi Doct. ff. de don. causa mort.Aret. §.quod si,num.3. Inst.de inut.stip.Paul.l.1.§. si stipulanti,nume.7.ff.de uerb.oblig.

50 Rescriptum Papæ si contineat diuersas gratias, subreptio in una non uitiat rescriptum in alia; & sic utile per inutile non uitiatur, c. si eo,de rescr.6. Abb. c. sedes, c. cæterum,de rescr.c.ex literis,de fide instr. Ant.c.exhibita, de iud. dicit quòd si inter plura copulatiuè narrata,una pars reperitur falsa, non uitiatur rescriptum in totum,nisi super illa fuerit fundatum totum rescriptum, uel nisi sit de connexis,Ias.l.1.§.sed etsi, nume.15. ff. de uerb. obligat. Ioan.And. c. utile, nume. 3. de reg. iur.6.Ias.l.si ex falsis, nume.4.C. de transact. Butigel.l.1. §. sed etsi, nume. 17. ff. de uerb. oblig.

51 Reseruatio facta per ingredientem monasterium aliquorum bonorum non ualet, licèt utilis sit ingressus;quia ista principaliter agebatur,Alex.l.1.§.sed etsi,nume. 6.ff. de uerb. oblig.Lap.alleg.80. Bald.l.si pater,de adopt. l.unica,§.illo,C. de Lat.lib.toll. Doct.l.si ita, ff.de hæred.inst.dixi super.nume.49.

52 Retractus in una parte inualidus, in reliquis quoque uitiari dicitur,ut fit in rebus alijs indiuiduis,l.si ego,ff.de iniusto test. Tiraq.tra-

cta.

cta.de retr.lignagier, ad finem tit. nume. 64. Alber.l.si duo,nume.3.ff.de uerb.oblig.

53 Sententia,quæ continet diuersa capitula,potest pro parte ualere, & pro parte non, l. in hoc, ff. famil. ercisc. quia tot sunt sententiæ; quot sunt capita sententiæ, l. quædam, ff.eodem,l.Cornelia,ff.de iurepatr. Alber.l.etiam, §.1.ff.de minor. Doct.c.cum tempore, de arbitr.cap dilectus,de præb. gl. & Doct. l. 2.C. de re iud. l. non eo; C. de procurat. Cardin. consi.74 Rom.l 1.§. si stipulanti, ff. de uerb. oblig.Rom.consi.195.Spec.tit.de sent nume. 9. Fallit, quando esset res indiuidua, Neuizan.consi.77. num.4.

54 Stipulatio inutilis non impedit actionem oriri ex utili contractu, nec etiam ortam remanere,Alex.l certi,§.quoniam,nume.1.ff.si cert. pet. l. si dari, ff. de uerb. oblig.l. qui bis idem,ff.eod.

55 Tenuta, quæ capitur pro quantitate maiori, quàm debeatur, in totum est nulla, l si non sortem,§.si centum,ff. de cond indeb. Bald. l.certi condictio, §. quoniam, ff. si cert. pet. Doct l.iustè,ff. de acq.poss. Rom. l. si is, ff.de acq. hæred. quod quidem procedit in tenuta iudiciali:in extraiudiciali autem secus, sicut est illa, quæ capitur uigore pacti, quia dicto casu ualet pro mensura debiti,l.1.§. si duæ.ff. quorum leg.ubi habetur, quòd si is, qui po-

test iustè ingredi in possessionem partis rei, ingreditur in totam rem, reuocatur tantum ingressus pro illa parte, pro qua fuit iniustus, Aret.l certi condictio.§. quoniam, ff. si cert. pet.l.1.§. si stipulanti,ff.de uerb. oblig.l.iustè, ff.de acq. poss. ubi rationem diuersitatis assignat: quia in extraiudicialibus regula est, q utile non uitiatur per inutile in his, quæ sunt separabilia,l. 1.§. Trebatius, ff. de aqua quot. æst. secus est in decreto iudicis, quod in una quantitate, & in uno capitulo est, est indiuiduum,sicut sententia, not. l. 1. C. si adu. rem iud. error enim in quantitate non uitiat in totum dationem in solutum extraiudicialem. Ruin.consi. 152.num. 10.uolu.4.

56 Testes decem si in aliquo actu requiruntur, ac plures uocati fuerint, numerus decem testium ualebit; testes autem ultra dictum numerum,inutiles erunt, gl.l pecuniæ,ff.de usur. Doct.l.certi,.§..quoniam.ff. si cert pet. Ias.l.3. §..lege,colum. 2.ff de test. Marsi.l.fin.num.42. ff.de iurisdict.omn.iud. Rebuff. tract. de test. gl.9.nume.69. Secundò nota,quòd si duo testes sint,quorum unus est infamis infamia facti, uel aliàs de iure inhabilis sit, alter uerò testis sit multum fide dignus; isti duo testes faciunt plenam fidem,quia integerrima fides unius supplet imperfectionem alterius, Bald. l.si quis,.§..quid enim,ff.de ed. Angel.consi. 1.

Doct.

Doct.c.Raynutius,de testam.Socin.l.Gallus, §. ille,ff.de liber.& posthum. Fulg. l.1. C.de testam. Alex.consi.56.uolu.2.Salic.l.in bonæ, C.de reb.cred. Fel.c.testimonium, de test. & idem est in duobus notarijs rogatis de uno actu,& unus est habilis,& alter inhabilis,ualet nihilominus scriptura,Imola consi.69. Marsing.196.Boer.in addit. ad Dyn. c. utile, nume.1.de regul.iur.6. Tertiò not.quòd testes, qui non rectè recepti sunt,possunt iterari etiã post ipsam publicationem,Doct.com.clem.2, de testib. gl. & Doct. c. cum causam,eod.tit. Specul.tit.de teste,§.1. Bald. auth. qui semel, C.de prob. Bart.l.qui per salutem, ff. de iureiur.l.per hanc,C. de tempor. appell. l. si quis testibus, C. de test. Imol. c. per tuas,eod.tit. Fel.c.in literis,colum.2.de offic.deleg.Quartò,si testis inutile testimonium tulerit, potest iterum examinari, nisi fuerit factum culpa partis,gl. d.c. per tuas, & Doct. com. de test. Ias.& Ange.l.si quis ex argentarijs,ff.de edendo. nam solus is actus præoccupationem inducit,qui de iure suum sortitur effectum, Oldr.consi.313. Nota tamen,quòd testis ad seriem gestorum nihil de suo adijcere potest,c. pura,3.q.9.

57 Transactio facta prætextu falsi instrumenti super una re, non extenditur ad alias res, uel ad alia capitula,& sic in alijs falsitas non no-

cet.Ratio est duplex, quia separatorum separata debet esse ratio, l. fin. ff. de calumn.& in in his, quæ possunt separari utile per inutile non uitiatur,l.sancimus, C. de donat. c. dilectus,de concess.præb. Ias.l si ex falsis, num.3. ff.de transact.

58 Tutores duo si fuerint, quorum unus est uerus,& alter falsus; si ambo interponunt authoritatem in contractu pupilli, non uitiatur actus ueri tutoris propter tutorem falsum,l. 1. §..sed Pomponius, ff. quod falso tutor. auth. eodem modo si duo Notarij, quorum unus est priuatus officio tabellionatus,si sint rogati ad conficiendum unum instrumentum, per illum Notarium adhibitum, qui est priuatus officio tabellionatus, non uitiatur instrumentum,Bald.l.Imperator,ff.de stat.hom.l.si quis ex argentarijs,§. 1.ff. de eden. Ratio prædictorum est, quia sufficiebat unius authoritas de per se.unde si alius interuenerit inhabilis, non uitiatur actus: sed si requirerentur duo pro forma,& unus esset inhabilis, bene actus gestus uitiaretur in totum,l. Pedius, §.. fin.ff. de arbitr.gl.c.cum super,de offic.deleg.Doct. c.ad probandum,de re iud.Ias.l.1.§..sed etsi, num.11.ff.de uerb.oblig.

59 Venditio facta plurium rerum,quarum nonnullæ si uendi non poterunt, non retractatur uenditio in omnibus rebus,sed tantum in re

ipsa prohibita uendi, & sic utile per inutile non uitiatur,gl.& Abb.c.querelam,de simon. l.domum,ff.de contrahen.empt. Ias.l.1.§.sed etsi,nume.21.ff.de uerb.oblig. Tiraq.tract.de retr.conuent.tit.fin.num.145.Alex.in terminis consi.143.num.1.uolum.7.Secundò uenditio facta de pignore conuentionali à creditore uirtute potestatis sibi datæ in instrumento, licèt quis uendat rem ualentem plus credito suo,uenditio non retractatur, sed pretium,quod excedit restituitur debitori, l. fin. C.de distr.pign.l.quamuis,§. fin.& l. sequ. de pign.act.dato quòd etiam tali casu iudex consentiret,& decretum interponeret,Dec.l.certi condictio,§.quoniam,nume.4. ff.cert. pet. Tertiò nota,quòd si testator mandauerit uendi tertiam partem fundi pro tanto, tutor uerò uendiderit dimidiam pro illomet precio sub prætextu,quòd plus non reperit,in totum uitiatur uenditio, quia uenditio dationi insolutum æquiparatur,not.l. libera,C. de sent. & interl.omn.iudic. Bart.l.si prædium, C. de euictio.Butigel.l.1.§. sed etsi,nume.15.ff.de uerb.oblig.Capic.decis.49.nume.3.

60 Verba erroris per imperitiam prolata non impediunt dispositionem, c. si non sanctificatur, de consecr. dist.4. Pro declaratione huius dicti distinguendo dico, quòd aut concurrũt circa idẽ plures actus,aut uerò unicus

tan-

tantùm, si circa idem plures cócurrerint. Rursus distinguendo dico, aut unus per se sufficit, aut non. Primo casu utile per inutile non uitiatur, l. 1. §. sed Pomponius, ff. quod falso tutore, l. sed ita, ff. de arbitr. Secundo autem casu utrunque requiritur, l. Pedius, §. in seruum, ff. de arbitr. Item aliter circa primum distinguendo dico, aut utile ab inutili potest separari, aut non. Primo casu utile per inutile non uitiatur, l. 1. §. item, ff. de aqua quot. æsti. l certi. §. quoniam, ff. si cert. pet. §. præterea, Instit. quibus mod. toll. oblig. l. cum quidam, ff. de leg. 1. Secundo autem casu utile per inutile uitiatur, Et not. quòd quatuor modis dicit, aliquid nòn posse separari, & indiuiduum quatuor modis. Primo de natura, l. 4. §. Cato, ff. de uerb. obli. Secundo ratione dependentię, ut principale & accessoriũ, l. cum inutile ff. de penu leg. Tertium est indiuiduum ratione formæ traditæ a iure, l. Gracè §. illud, ff. de fideiussor. Aret. §. quod si quis, numer. 2. Inst. de inut. stipul. Quartum est indiuiduum ratione uoluntatis contrahentium, l. Pedius, ff. de arbit. Bart. l. Cracè, §. illud, num. 4. ff. de fideiussor. & mãdator. de quib. ego dixi in tract. de reg. iur. Reg. v. lim. 42. & seq. Si uerò secundo casu unicus tantum requiritur, tunc si ille primus actus non ualuit, reiterandus est: nam dispositio,

ſtio, quæ loquitur de actu, intelligenda eſt de actu ualido, not. l. qui per ſalutem, ff. de iureiur. niſi quis primum actum inutilem, & prohibitum ſcienter fecerit, quia poſtea ad ſui commodum iterum actum utilem facere non poterit, l. hæc conditio, ff. de cond. & dem. l. matrimonij, ff. qui, & a quib. Bald. conſ. 228. uol. 4. Doct. c. commiſſam, de elect. 6. hoc idē erit ſi actus referatur ad merum factum, nam debet intelligi de primo actu etiam inualido, quo caſu ſufficit ſi conditio adimpleatur de facto, etiam ſi non duret, aut nullum effectum ſortiatur, Doct. l. ſi quis hæreditarium, §. 1. ff. de cōd. inſt. Bart. l. Mæuius, ff. de cōd. & dem. Tertiò hoc idem, cum agitur de iure quærendo, nam primus actus etiam inualidus, diſpoſitionem conſumit, d. l. matrimonij, ff. qui, & a quib, ſecus ſi agatur de iure quęſito conſeruando, quo caſu per primum actum inualidum non conſumatur diſpoſitio, quia facilius conſeruatur ius quæſitum, quàm ius nouum acquiratur, Barb. conſ. 3. lib 1. Fel. c. quæ in Eccleſiarū, col. 19. de conſt. Iaſ. conſ. 236. uol. 2. Dec. l. ſeruus, C. de pact. Quartò, qui iure ſuo aliquid facit, ſi inutiliter facit, iterum facere poteſt, ſecus ſi iure alieno, ſiue tanquam miniſter alterius, ut ſi iudex ordinarius inutiliter iudicauerit, poteſt iterum iudicare utiliter, non autē Iudex delegatus, Doct.

i 4 com.

com.l. iudex poftea quàm,ff. de re iud. Bald. l.fi ut proponis,la. 1.C. quomodo,& quando Iudex l.qualem,ff. de arbit. Quintò declaratur, ut fi aliquid competat iure proprio, poterit poft primum actum nullum iterum agere; fecus fi agat iure deuoluto,c. fi electio, de elect. Sextò hoc idem, fi quis actum exercet de iure comuni fibi competentem,tunc fi inutiliter exercuerit, poterit denuò exercere: quod fecus eft, fi ei de iure fpeciali competeret,Doct. com.l qui per falutem,ff.de iureiur. facilius .n. tollitur ius fpeciale, quàm commune. §. quia. Auth. de non alien. Doct.l.eius,§. 1. ff. de mil.teft. Septimò cum primus actus fuerit nullus ob omiffam formam, uel folemnitatem, tunc is iterari poterit: fecus autem,fi inutiliter actū fuerit in materia l.quid tamen,l. fi de pluribus. ff. de arbitr. ubi fi ab arbitro non fuerit feruata forma mandati,nō expirat mādatum, quin poffit iterum arbitrari. Octauo is, qui facit actum nullum ipfo iure, poterit iterum agere, fecus fi nullus fuerit ope exceptionis,quia tunc non poterit iterari,Bald.l fin. q.4. C.de contrah. empt. Doct. com.l.ferui,C.de contrah. empt.Rurfus aliter diftinguēdo dico,quod qñq; inutile uenit ad adiiciendū, qñq; ad minuendū, qñq; ad fpecificandum fpeciem contractus, Primo cafu, fi non ualet,quod ago in totum, ualet tamen

in

in parte,in qua poteſt, l. cum precario, ff. de precar. Secundo caſu non ualet in aliquo. Vnde ſi compromittatur in liberum,& in ſeruum,adiectio collegæ tendit ad minuendum ius alterius collegæ,quo caſu nullo modo ualet compromiſſum,l. Pedius, §. in ſeruum, ff. de arbitr. Tertio caſu,quando non conſentitur in ſpecie contractus, non ualet actus, l. ſi ego,ff. ſi cert. pet. Bald. conſi. 474. uolum. 1. nu. 7. & ita procedit dictum, Vtile per inutile non uitiatur.

*SVMMARIA.*

1 *Victus uictori in expenſis eſt condemnandus.*
2 *Damnum iniuſtè pati,eſt iniquum.*
3 *Expenſarum appellatione,quæ ueniant.*
4 *Expenſæ neceſſariæ, quæ ſint.*
5 *Damna non ueniunt appellatione expenſarum.*
6 *Expenſæ retardati proceſſus nunquid ueniant.*
7 *Damnum circa res contingens, quomodo æſtimetur.*
8 *Expenſæ per iudicem taxari debent.*
9 *Expenſæ quomodo arbitrandæ.*
10 *Scriptura non eſt opus in taxatione expenſarum.*
11 *Citari non debet fideiuſſor de iudic. ſolu.*
12 *Expenſæ futuræ taxari non debent.*
13 *Iudex unus taxare non poteſt expenſas,ſi plu-*

*res*

*res simul tulerint sententiam.*

14 *Exequutor non potest taxare expensas.*

15 *Attentatorum in causa prius expensæ taxari debent.*

16 *Sententia interlocutoria dicitur taxatio expensarum.*

17 *Sententia expensarum, quomodo sit ferenda.*

18 *Taxatio expensarum iterum fieri potest.*

19 *Expensæ petuntur officio iudicis.*

20 *Appellari non potest à taxatione expensarum.*

21 *Appellari potest ab excessiuitate.*

22 *Appellari licèt ab omissa taxatione.*

23 *Expensæ comprehenduntur etiam, quæ fiunt ante litem contestatam.*

24 *Expensarum genera sunt quatuor.*

25 *Fallentiæ ad Regul. Victus uictori, &c.*

## REGVLA SEPTIMA.



1 ICTVS †Victori in expensis est condemnandus, c. finem litibus, de dolo, & contum. ibi, ad soluendas alteri parti moderatas expensas condemnetur ille, qui in probatione defecerit. conc. l. properandum, §. sin autem, ubi Doct. com. C. de
2 iud. Ratio est, † quia iniquum esset aliquem iniustè ab aliquo damnum pati, not. l. non debet, ff. de reg. iur. conc. cum hoc dicto tot. tit.

de pœna temerè litig Host. in Summa de iudic.nume.9. Alex.consi.83. nume.14.uolu.6. Port.consi.16.nume.24. Marc.decis.383.nume.1.uolum.2.Corn.consil.205.nume.5.uolum.2.Mand.Reg.Cancell.29.q.11.nume.4. Bertr.consi.64. nume.4. uolum.2. Bald.c.humilis,de maior.& obed.Curt.consi.63.num.3. Azo in Summa,C. de sumpt. recuper. lib. 10. Socin. consi.36. nume.14. uolum.2. Corn. & Doct.l.non ignoratis, C. de fruct. & lit. exp. Cassan.consi.68.num.59.Didac.pract quæst. c.27.nume.1.Ioan.de Amicis consi.21.num. 11.Isern.super const.Regni lib.2.tit.de pœna cal.Marsil.sing.207.cum similib.qui in exempl.inferius patebunt.Pro cuius dicti declaratione nonnulla prius hic notanda sunt. Pri-

3 mò, † quòd appellatione expensarum, iustæ tantum intelligi debent,& necessariç,Ias.l.sed etsi,§.quæsitum,nume.37 ff si quis caut. Necessariæ dicuntur illæ, quæ in scripturis Notariorum,Aduocatis,Procuratoribus,itinere, & hospitio fiunt,l. non ignorat, C. de fruct.& lit.expens.Bertr.consi 269.nume.8 uolum.3.

4 † & dicuntur expensæ necessariæ, sine quib. causa expediri non potest,gl.c.ex parte,de accusat.c.præterea, de offic. deleg. Rom. consi. 48.nume 10.Ias.d.§.sin autem,num.13 Quo-

5 stante sequitur, † quòd quando quis condemnatur in expensis, non comprehendun-

tur damna,Bart.l.eum,quem,ff.de iudic.Cyn.
l.sancimus.C.de iudic.gl.l.1.ff. de alien.iud.
6 mut.caus.fact. † nisi essent expensæ contumaciæ,seu retardati processus,not.l.sancimus,C.
de iudic.Curt.l.1.§.fin.nume.11.ff.si quis ius
dic.non obtemper.quod intelligitur de damno circa res contingenti; secus autem, si in
personis contigerit,gl.& Bart.l.1.ff.de alien.
7 iud.mut. cau. fact.† Bal. l.1. C. unde ui.Rom.
sing.346. Grat. consi.72. nume.12. uolum.2.
8 Secundò not.† quòd expensæ per Iudicem taxari debent per sententiam delato prius iuramento per uictorem asserentem eas fecisse,
etiam citata parte,auth. post iusiurandũ,C.de
9 iudic. †Sunt tamen arbitrariæ taxandæ,Corn.
conf.181.num.61.uolu.2. debet tamen communi æstimationi adhærere. Ratio autem,quare taxatio per Iudicem, non per alium fieri
possit: quia ipsa iurisdictionis est, Doct.l.Im-
10 perium,ff.de iurisd. omn. Iud. † non tamen
est opus scriptura,Bald.l. determinato, num.
11 13. C.de fruct. & lit.exp.† Nec fideiussor. de
soluendo iudicatum, citari debet, Bald.conf.
46 nu.3.uol.7. Potest tamen Iudex antequàm
condemnet taxationem, quam fecit reuocare, Innoc.c.fin.de his, quæ ui, met.cau. fiunt.
12 † non tamen potest futuras expensas taxare,
Boer. conf.27.nu.20.licèt pendete appellatione taxare possit, Lap.Alleg. 82. Rot. tit.de re
iud.

iud. Decif. 16. Fel. confil. 13. Item nota in
13 isto, † quòd si duo iudices tulerint simul sen
tentiam, unicus tantum taxare non poterit,
nisi unus in locum alterius succedat: Ang. l.
ab executore, nu. 5. ff. de appellat. l. 1. ff. de of-
fic. proc. Bald. c. finē litibus, de dolo, & cont.
14 † Nec exequutor potest taxare expēsas, sed ad
eũ, qui misit, pertinet taxatio, Rebuffus tract.
de exec. sent. art. 7. gl. 9. nu. 16. Item nota,
15 † quòd in causa attentatorum ante senten-
tiam in principali causa ferendam taxatio ex
pensarum fieri potest, Rot. decis. 5. tit. de do-
16 lo, & cont. † & dicitur sententia interlocuto-
ria, gl. & Ias. l. quod iussit, num. 6. ff. de re iud.
17 Guido cons. 76. † Quæ ualet, si dicatur hoc
modo, te in expensis cōdemno, quas alia die
taxabo; Cin. l. terminato, C. de fruct. & lit.
18 exp. Bald. l. asseytoto, de hæred. inst. † & si con
tingat taxationem minus legitimè fuisse fa-
ctam, iterum fieri poterit, Bald. c. cum uenis-
sent, num. 6. de eo, qui mit. in poss. Ias. l. quo
19 ties, ff. qui sat. cog. Tertiò not. † quòd expen-
sæ petuntur officio Iudicis, Doct. com. l. ter-
minato, C. de fruct. & lit. expens. Alber. l. pro-
perandum, §. sin autem, nume. 27. C. de iudic.
20 Quartò not. † quòd licèt à taxatione expensa-
rum non appelletur, tamen ab excessiuitate
21 appellari potest, † Doct. com. l. ab executio-
ne, C. quorum appell. non recip. Bald. consi.

119.nume.2.uolum 2.Marſ.l.patre,nume.97. ff.de quæſt.Franc.c. ſæpe, q. 12. de appellat.
22 † ſicuti etiam appellari licet ab omiſſa taxatione expenſarum, Marſ.prax.crim. §.ſupereſt,num.21. not.l.fin.C.quando prouoc.non
23 eſt neceſſe. Quintò † quòd expenſæ comprehenduntur etiam illæ, quæ fiunt ante litem conteſtatam,Imola l.negociorum, nume.3.ff.
24 de re iud.Sextò,& ult.not † quatuor eſſe genera expenſarum in caſu iſto. Primò ratione temeritatis,not.c.1.de dolo,& contum.6.not. l.eum,quem temere, ff. de iudic. Secundò dicuntur retardati proceſſus,not.l.non ignorat, C.de fruct & lit.expenſ.c finem litib.de dolo, & contum. Tertiò quædam dicuntur contumaciæ, not.l. ſancimus, C. de iudic.c. fin. de maior.& obed.c.querelam,de procurat.c.cum dilecti,de dolo, & contum. Quartò uictoriæ cauſa,l.properandum,§.ſin autem, C.de iud.

# Ampliationes.

1 Abbas tenetur ſubminiſtrare expenſas monaco,cum eo litiganti, Ceph.conſi.127.num. 9.uolum 1.Rebuff.tract.de ſent. præiud. nume.106. Doct.l.uix certis,ff.de iud c.ex parte,de accuſ.gl.l.fi.C.de ord.cogn. Afflict.deciſ.10. nume. 11. quia cum monachus nihil habeat proprij, Abbas tenetur ei expenſ.

proui-

prouidere.

2 Absenti si mittatur commissarius ad iurandum de calumnia, seu positionibus, respondendum tali casu expensis absentis mitti debet, Bart.& gl.l.prætor,§.defendi,ff. quib. ex causis in poss.eatur.Boer. decis. 303. nume.5. Guid. auth. principales, C. de iur. calum. si uerò mittatur ad egregiam personam absentem, talis misio communib. expensis fieri debet, Gem. c. præsentium, de test. 6. Doct. com.l.ad egregias,ff.de iureiur.

3 Actore non probante, reus absoluitur,& actor in expensis condemnatur, not. Doct.l.qui accusare,C. de eden. Si uerò agit de uniuersa, uel de parte hæreditatis, tunc reus actori expensas subministrare tenetur.Crau.cõsi.164. l.fin.§.fin.C.de ord.cogn. Guid. quæst.561. Specul.tit.de inquisit.§. fin. Aret.c.si qui testium,num.14.de test. Alciat.tract.præs.Reg. 3. præsumpt. 9. nume. 9. Didac. tract. quæst. cap.6.

4 Administrator minoris temerè litigans, in expensis condemnatur,contra quem exequutio fieri debet,l.non est ignotum,C. de adm. tutor.l.meminerint,C.unde ui,not.l.ędita,C. de eden.ubi Purpur.nume.251.Bart.l.4.ff.de re iud.

5 Aduocatis expensæ,quæ soluuntur, debentur à uicto uictori,Bart.l.si procurator,nume.2.ff.

rem ratā haberi, Bellamera decis.477.Franc. c.1.num.2.de dolo,& contu.Innocen.c.in nostra,de iureiur.l.non ignorat,C.de fruct.& lit. exp.Ampliatur,etiam si Aduocatus gratis patrocinium præstitisset, Bart.l. quod si, ff. loc. Iac. tract. de expens. colum. penult. Alber.l. properandum,§.sin autem,C. de iudic. l. sed etsi,§.1.ff.ad exhib. Grat.consi.108.nume.7. uolum.1.l idem,§.fin. ff.mand. Abb.c.finem, nume.29.de dolo & contum.

6 Aduocatæ causæ iudicis à quo expensæ factæ à uicto uictori debentur, Guido decis. 440. Rebuff.tract.de euoc.num.81.

7 Appellationis iudex si dixerit simpliciter,uictum uictori in expensis condemnamus, intelligi debet de expensis tam primæ, quàm secundæ instantiæ, Fel. c. significauerunt,nume.12.de except.Marsi.l. patre,nume.71.ff.de quæst. Item si quis in causa appellationis ex eisdem actis succumbat, quamuis in causa principali obtinuerit, Lanfranc. tract. de expens.nume.9.Ias.d.§.sinautem,num.24.C.de iudic. Marsil. d. l. patre,nume.31.ff.de quæst. secus si ex alijs actis. quia quamuis obtinuerit,ex quo errauit in iure,non excusatur, l. iuris,ff.de iuris,& facti ignor. Bart.l. tutores,§. curatores,ff. de admin. tuto. l generaliter,§. 1.C.de reb. cred. Bald.l.fin. C.quando prouoc.non est nec.Doct.c. ut debitus,de appell.

Guid.

Guid.tract.de appell.q.47.nume.3. Item qui succumbit in prima causa, deinde appellauit, si succumbat etiam in causa appellationis, semper indistinctè condemnari debet, Ias.d. §..fin autem, nume.23. Ioan. de Plat. l. unica, C.de sumpt.recuper.lib.10. Alber.d.§..fin autem, nume.26.Barbat.consi.24.nume.2.uolu. 3. Item si appellans sufficienter non prosequatur, appellatus uerò prosequatur, tunc quis ad expensas à tempore appellationis factas tenetur, c.ueniens, de renunc.c.reprehensibilis, de appellat.c.Nicolao, eod.tit.c.debitus, c.sæpè, eod.tit.

8 Arbiter. Expensę, quæ fiunt coram arbitro, debentur à uicto uictori, Ias. d. §. fin autem, nume.2.Spec.tit.de arbitr.§..fin.num.73. Innocen.c.ex parte, eod.tit. Angel.l.si uacantia, C.de bon. uac. lib. 10. Lanfranc.tract.de arbitr.par.7.q.26. nume.63. sunt enim arbitria redacta ad instar iudiciorum, l.1.ff.de arbitr.

9 Articulus. Victus in uno articulo, non expectata definitiua sententia, condemnari debet, Fel.c.ad audientiam, nume. 34. de rescr. Bald.l.generalis, §..is, C.de reb.cred. Marsil.l. patre, nume.73.ff.de quæst.Boer.consi.27.nume.1.

10 Assessor, qui iniustam sententiam tulerit, tenetur etiam si de consilio iurisperiti per partes electi eam tulerit, quia iniquo consilio

non debebat ſtare,l. quidam, l. Titium, ff. de admin.tutor.l.nemo,C.de ſent.& interl.omn. iud. niſi à partibus fuerit actum, ut prædicto conſilio omnino ſtandum ſit.

11 Attentata. In articulo attẽtatorum ita uictus uictori condemnatur,ut ſtatim pars expenſas reficere cogatur,not.l.generaliter,.§.. is,C.de reb.cred. Abb.c.fin. de dolo & contum. Ioan. de Amic.conſi.36.nume.5. Ampl.ut ſi iudex in expenſis condemnare omiſerit, poterit ad huc iterum condemnare,Manfred.lib.1.attẽtat.par.7.nume.33.Rota deciſ.473. Maranta de ord.iud.6.par.nume.395.Nec datur appel latio, niſi ſolutis expenſis, Manfred. d.loco, nume.72.& lib.1.par.8.nume.21. Rot.deciſ. 99.& poſſunt expenſæ taxari appellatione pẽdente,Manfred.d.loco,lib.1.par.7.num.122. Maranta d.loco,par.6.num.186.Lapus alleg. 72. Guid. tract. de appellat.q.116.nume.20. Rota deciſ.99.Manfred.lib.2.concl.82.

12 Augumentum expenſarum idem iudicatur, ac de expenſis ipſis,Imola cõſi.34. quia idem iudicatur de ipſo augumento, quod de ſuo principali,l.inter ſocerum,.§.. cum inter,ff.de pact.dotal.Nicol.Boer.conſi.27.nume.9.

13 Cauſa ciuilis non ſolum, ſed etiam criminalis, facit condemnari in expenſis: Ita Doct. com. l. non ignorat, C. de fruct. & lit. exp. Doct.l.properandum,.§.. ſin autem, C. de iu-

dic.

dic.Iac.tract.de expens.num.13. Bart.l.1.nume.13.ff.ad senatuscon.Turp.glo.c.finem,de dolo, & contum. l.3. C. qui accus. non poss. Grat.consi.97.nume.1. uolu.1. Bald.l. sancimus,C.de iudic.Ioan.de Amic.consi.51.nume.1. Didac. pract quæst cap.27.Franciscus. Marcus decis.776.Grammat.decis.39.num.3. Lanfran. tract. de expens. nume. 26. Clarus lib.5.sent.§.fin q.62.Marsil l.patre num.14. ff.de quæst.Imola c.dilecti,nume.18.de dolo & contum. nisi esset contumax, uel abolitionem peteret à iudice, uel nisi esset in causa per uiam inquisitionis, Doct. c. accedens, de accusat.Grat.consi.80 nume.3.uolu.2. Ias.d. §.fin autem,nume.10.& seq.

14 Citationis primæ, & oblationis libelli condemnatio fit expensarum, nisi reus petita fateatur,Rom sing.41.Abb.c.2.de accusat. Fel. c.nouit,de iudic. Ant.c.1. colum.4.de libelli oblat.Anan.c.licet,de simon.

15 Clericus, qui patitur à iudice seculari condemnari,deinde priuilegium clericatus alleget, est condemnandus nihilominus in expensis,Bellam.decis.226. Cald. consi.12.de iud.Boer.decis.303.num.12.

16 Commissarij, qui mittuntur ad locum expēsis partis, qui eos elegit sunt mittendi, Marcus decis.221.uolum.1. Quamuis huiusmodi expensæ in condemnatione expensarum,quæ

ratione uictoriæ fit,ueniant.not.Doct.com.d. §..sin autem,C.de iud.Idem est de iudicibus, & de commissario, qui mittitur ad absentem ad iurandum de calumnia, qui expensis ab-sentis mitti debet, Boer.decis.303. nume.5. uolum.2.Bart.l.Prætor,§.defendi,ff.ex quib. caus.in poss.eatur.

17 Communem opinionem impugnans,est con demnandus in expensis, tanquam temere li-tigans,Natta consi.149.nume.7.uolu.1. Vnde Iudex facit litem suam, qui contra com. iudicare studet;Bart.l.1.C. de pœna iud. qui malè iud.dixi ego in tract.de leg.& stat.par.2. q.16.num.6.& seq.

18 Confesſionis erroneæ correctio non admit-titur,nisi refectis expensis,Conrad.sua praxi, lib.1.cap.9 Bart.l.rura, C. de omni agro de-serto,lib.11.Mars.l.patre,num.73. ff. de quæ-stio.gl.l.edita,C.de eden.Item expensis con-demnari debet etiam ille, qui ex propria con fesſione condemnaretur, nisi à principio fiat confesſio,Angel.§..si enim, Auth.de triente, & semisse & hoc nisi prius extraiudicialis in-terpellatio facta sit,quia etiam si in principio fieret confesſio, in expensis est condemnan-dus,Guliel.l.omnes,C.de episc.& cler.Abb.c. nouit,de iudic.

19 Contestatio.Expensæ factæ antè litis conte-stationem,debentur.Imol.l.negociotum, nu-me.3.

me.3.ff.de re iud.gl.c.finem, de dolo & cont.
20 Contractus. Si iudex in iudicio uictum in expensis in lite factis absoluerit, non prohibetur quis repetere expensas sibi promissas in contractu, quia iudex non uidetur absoluisse ab expensis, quæ ultro in contractu promissæ sunt, Salic. l. properandum, §. sin autem, C. de iud. ubi Alex. nume. 6.
21 Contumax in expensis condemnatur, l. sancimus, C. de iud. Bart. l. edita, colum. fin. C. de eden l. si procurator, ff. rem ratam hab. l. 1. §. hoc iudicium, ff. si quis ius dic. non obe Grat. consi. 72. num. 13. uolu. 2. Specul. tit. de expens. §. si ante, nume. 5. Neui. consil. 17. numer. 17. Angel. l. terminato, nume. 4. C. de fruct. & lit. expens. Innoc. c. cum uenisset, de dolo, & cont. gl. & Abb. c. querelam, de procur. c. cum dilecti. de dolo, & contum. l. contumacia, ff. de re iud. Bero. c. quoniam, num. 135. de probat.
22 Decretum si contra aliquem interpositum est, si tenutam ipse recuperare uelit, expensas prius reficere tenetur, auth. ei, qui. C. de bon. auth. iud. poss. Doct. l. si finita, §. Iulianus, nume. 9. ff. de dam. infect.
23 Defendens malè causam, & iniustè, etiam si pendente processu summam petitam soluerit, in expensis dicti processus est condemnandus, Faber §. superest, num. 2. Inst. de perpet. & tempor. act. Cappella Thol. decis. 5.

24 Dominus ſumptus litis, quam habet cum ſeruo, ſubminiſtrare compellitur, not. l. fin. C. de ord. cogn. Ang. l. uix certis, ff. de iudic. Doct. c. ex parte, de accuſat.

25 Eccleſia temere litigans, etiam in expenſis condemnatur, not. l. edita, C. de eden. gl. c. peruenit, de conſt. 6. Purpurat. d. l. edita, num. 251. nam in caſu, in quo non eſt priuilegiata, utitur iure communi.

26 Emendans libellum, expenſas reficere debet. Dec. l. edita, num. 93. C. de eden. Alex. conſ. 27. uol. 2. Bart. l. iura, C. de omni agro. lib. 11. Bald. conſ. 3. uol. 2. c. conquerēte, de reſt. ſpol. quæ poſſunt abſque alia probatione a Iudice taxari, Bart. l. non ignorat, C. de fruct. & lit. exp.

27 Emptor expenſas factas a uenditore, recuperare debet, gl. l. uenditores, ff. de uerb. oblig. Bald. l. 1. C. de euict. gl. l. qui abſentē, ff. de procurat. Bald. l. ſi ſtatus, C. de euict. Spec. §. 1. tit. de empt. & uend.

28 Exceptio Qui in exceptione contra generalitatem libelli oppoſita obtinuerit, expenſas iā factas repetere poterit, Fel. c. ad audientiam, nu. 34 de reſcr. Spec. tit. de libelli exc. §. nunc. & tit. de exp. nu. 30. Marſ. l. patre, nu. 73. ff. de quæſt. Item opponens exceptionem excommunicationis, ſi infra ſpatium octo dierum non probat, expenſas reficit, c. pia, de except.

29 Excommunicationis exceptionem opponẽs in quacunque parte litis, si infra spatium octo dierum non probat, expensas reficit. dixi super.uer. prox. c. pia.de except. Specul. tit. de expens.§.. si ante,num. 9.

30 Exequutor sententiæ, qui dolo fuerit exequutus, facit litem suam,& expensas reficere tenetur, Natta Clem. sæpe,.§..quæ omnia,de uerb. sign. Mars. Praxi.crim..§.. superest,nu. 19. Angel.l.filius,ff. de iud.l.si pignora,ff.de pignor. l.si quis, C. de resc.uend. Bald.c.quo ad consultationem, de re iud.l. lectos, ff. de peric. & com.rei uend l.missi, C.de exact. trib.lib. 10.

31 Expendens malè in expensis condemnatur. Bald.c.sæpe, nu.7.de appellat.

32 Fiscus in expensis condemnatur,sicuti ecclesia. dixi super.nu.25. Purpur.l. edita,nu. 251. C.de eden.gl.l.item,.§.in priuatorũ,ff.de pet. hæred.

33 Frater lite pendente alimenta,& expensas sorori subministrare tenetur,Cephal.conf. 127. num.7.Idem si frater partem a fratre hæreditatis petierit, Guido quæst. 561. Crau. cons. 164.l.fin.§.. fin.C.de ord.cogn. Didac. tract. Pract.quæst.c.6.col.1.

34 Hæres condemnari debet in expensis, si defunctus caussam litigandi non habuit, Ias. .§. sin autem,num. 2. quia hæres repræsentat personam defuncti, Auth. de iureiurando a mo-

riente præst. Bald.l.si pater, C. si pendente appellat.

35 Incerta sententia in condemnatione expensarum ualet, Bellame. c.finem litibus,nu.25. de dolo, & cont.Doct. com. l. terminato, C. de fruct. & lit.exep. Boer. consi. 27.nu.13,

36 Inopiæ causa expensæ refici debent, etiam si esset fiscus, Boer.decis. 303.num.4.uol.2. Put. tract.de sindic. uer.expensæ, Bald.l.magis,§. in primis,ff.de reb. eorum.l. si instituta, ff. de inoffic. test. l.fin.C.de ord.cogn.Angel.cons. 245.

37 Instantia, quæ perit negligentia actoris, reus absoluitur ab obseruatione iudicii, & actor in expensis condemnatur, Mars. l. patre, nu. 75. ff.de quæst. Alex. cons. 66. uol 5. Ias.l.properandum,§.si quidem,num.22.C.de iud. Lanfrancus tract.de expens. num. 27. Maranta de ordi.iud. part.5.nume.59.Gram.decis. 91.nu. 6. Franc.c.ex ratione,nu. 75. de appellat.

38 Instrumentum dolo producens in fine litis, non auditur nisi refectis expensis, Bald. c.exceptionem,num 2.de except.ubi Fel. nu. 40.

39 In interdicto uti possidetis,non solum uictus in expensis condemnatur, sed etiam in damnis, & interesse, Bart.l.1.l.si duo,ff.uti possid. præsertim, quando pars se opposuit,l.1.§. sed si,ff.uti possid. Rebuff.tract.de senten. exec.8. art.gl.5.num.3.

40 Interlocutoriam reuocans uictus in expensis condemnari debet, Mars. l. patre, nu. 73. ff. de quæst. Innoc. c. cum cessante, de appell. l. si pecuniam, ff. de cond. ob causam. Fel. c. ad audiendam, num. 35. de rescr. Item si tempore interlocutoriæ uictum in expensis condemnare omiserit, poterit in definitiua suppleri, Ias. d. l. properãdum, §. sin autem, nu. 29 C. de iud. Innoc. c. sæpe, de appellat. Bald. l. sancimus, C. de iudic. Maranta de ord. iud. 6. par. 2. par. num. 31. Tertiò non solùm in definitiua, sed etiam in interlocutoria in expensis condemnari debet, Bal. l. fin. C. quãdo prou. non est necesse. Quod intelligitur in articulo facti, secus autem est in articulo iuris Lanfranc. tract. de expens. num. 16. Ias. §. sin autem, nu. 10.

41 Iuramento probari possunt expẽsæ, Doct. l. 1. C. de recup. sumpt. gl. §. oportet, Auth. de iud. gl. c. cum olim, de priui. gl. fin. c. dilecti de foro comp. gl. c. fin. Quod met. cau. Afflict. decis. 70. num. 2.

42 Iusiurandum si reus detulit actori, expensas reficere debet, §. studium, Auth. de triente, & semisse. Doct. l. eum, qui. ff. de iureiur. Ias. d. §. sin autem, nume. 10. Item not. quòd ab expensis non excusat iuramentum calumniæ, Sal. l. qui crimen, C. qui accus. non poss. Rom. l. 3. ff. de iureiur.

43 Libellum emendans, aduersario expensas refi-

reficere tenetur,gl.& Bart.l.edita,C.de edendo. intelligendo de expensis, quas reus fecit mutationis causa.

44 Liti renuncians,in expensis est condemnandus,Bald.l postquàm,q.5.de pact.Ias.l.properandum, §. sin autem, nume. 2. C. de iudic. Bald.auth contra,2.not.C. de non nume.pecun.Salic.l.alia,C.de his,quib.ut indign.Capella Tholos.decis.5.Sal.l.postquàm,num.19. C.de pact. Doct.l.destitisse,ff.de iud.Item not. quòd iudex uictum uictori in expensis condemnare poterit,quæ fuerint factæ ante litem contestatam,Imol.l.negociorum, nume.3. ff. de re iud.gl & Ioan.And.c.auditis,de procu. Cyn.l.sancimus.q.9.C.de iud.

45 Mandatum procuratoris in contemptum iudicis reuocans condemnatur in expensis, præsertim quando in præiudicium partis reuocatur,c.1. c. auditis, de procur.c.constitutis,eod.tit.Spec.tit.de expensis,§. si ante,nume.9.& seq.

46 Maritus cum uxore litigans, expensas litis subministrare tenetur,Afflict.decis.8. Guido quæst.439 nume.4.Doct.c.ex parte,de accusat. Boer. quæst. 325. nume.2. Cephal.consi. 127.nume.6.& hoc quando ipsa esset dotata. Anan.c.salubriter,de usur.

47 Mater expensas, quas pro defensione sui filij fecit,repetere potest, Ruin. consi. 1.nume. 25.

25.uolum.3.nam animo repetendi factæ præsumuntur,l.alimenta,C.de neg.gest.not.l.Nesennius,ff. de neg gest.

48 Mendax in expensis debet condemnari, Afflict.decis.126.

49 Monacho cum Abbate litigante, ei litis expensas per Abbatem subministrari debent, Doct.c.ex parte de accusat.gl.l.fin.C. de ord. cognit. Afflict. decis. 10. nume. 11. Cephal. consi.127.nume 9 uolum.1 Capella Tholos. decis.88. quia Monachus nihil habet proprij.

50 Mulier petens emendari libellum, debet in expensis condemnari, Bart.l.edita, nume.33. C.de edendo,ubi Dec.num.96.

51 Mutans libellum,condemnari debet, Doct. com.l.edita,C.de eden.

52 Negligentia actoris si instantia perierit, in expensis condemnandus erit, Marf.l patre, nume. 75. ff. de quæst. Bald. l. fin. C. ut infra cer. temp. l. properandum, §. illo, C de iudic.Alex.consi.66.uolu.5.

53 Notarius, qui officium suum malè exercuit ad expensas tenetur,Marsil l.patre,nume.10. ff.de quæst.Bald.c.quia,de præscr.

54 Partim obtinens, & partim succumbens, in expensis condemnari debet pro rata, in qua succubuit, Doct. com. l. properandum,§.sin autem, C. de iudic. quo casu hincinde compensatio

pensatio datur, ut dixi ego in tract. de compensat.par.1.q.10.nume.11.
55 Pater, qui cum filio litigat, expensas litis ei subministrare cogitur,l.si instituta,§.si de inofficioso,ff.de inoffic.test.Bart.l.si neget,ff.de liber.agnosc.Cephal.consi.127. num.8.
56 Pauperi expensas subministrari debent, d. l. si instituta,§.de inofficioso,ff de inoffic. test. l.fin.C.de ord.cogn.l.fin.ff.de Carb. ed. c.ex parte,de accusat.Bauer.q.303.num.4.uolu.1. Angel.consi.245.Aegid. tit. de alim.num.2.
57 Petitæ quamuis non sint expensæ, in eis tamen quis condemnari debet,l.ædiles,§.item, ff.ædil.edict.Doct.l.4.§.hoc autem,ff.de dam. infect.Bart.l properandum,§.sin autem,C.de iud,ubi Doct. com. Bart. l. non quicquid,ff.de iud,Doct.l.fin.C.quando prou.non est necesse,c.finem litib.de dolo,& contum.ubi Bellamera, nume. 39, Maranta de ord.iud, par. 6. memb.3.nume.9.Ias.l.uniuersa,nume.4.C.de prec.imper.offer,Grat.consi.50.num.6,uol.2. Boer. consi.27,nume.25.Fallit in expensis ante litem contestatam, quæ propriè ad officiũ iudicis spectare non dignoscuntur, l. ædiles, §.item,ff.de ædil. ed,gl.c.finem litib.de dolo, & contum.Item not.quòd licèt iudex possit, non tamen cogitur condemnare,Ias.l.properandum,§.sin autem,num.31.C.de iud.
58 Petitorium mutans, ac transiens ad possessorium,

rium, in expenſis in petitorio factis condemnatur, Spec. tit. de expenſis, uer. quid ſi, l. naturaliter, §. nihil commune, ubi Alex. num. 40. ff. de acq. poſſ. Rebuff. tract. de ſent. exec. art. 6. gl. unica, num. 20.

59 Poſſeſſor, contra quem lite pendente actor nouum ius impetrauit, licèt ipſe actor in prima cauſa bonum ius non haberet, tali caſu reus in omnib. expenſis condemnari debet, Rebuff. ſuper conſt. Regni tract. de ſent. execut. art. 10. gl. 9. num. 6. Rom. ſing. 396.

60 Principalis cauſa antequàm pronuncietur, pars in expenſis condemnari poteſt, Abb. c. cum olim, not. 2. de priuileg.

61 Probantur expenſæ iuramento uictoris, gl. & Doct. l. 1. C. de ſumpt. recuper. lib. 10. gl. §. oportet, Auth. de iud. gl. c. cum olim, uer. iuraui, de priuil. gl. fin. c. dilecti, de foro compet. debet tamē Iudicis taxatio interuenire, Doct. c. fin. de eo, quod met. cauſa. Afflict. deciſ. 70. nume. 2. Anton. l. 1. nume. 346. ff. de iureiuran. Franc. Marc. deciſ. 485. num. 9. Plot. l. ſi quando, num. 673. C. unde ui.

62 Proceſſus retardati cauſa in expenſis quis condemnari debet, l. non ignoratis, C. de fruct. & lit. expenſ. c. literis, c. finem. de dolo, & contum. Signor. conſi. 36. nume. 7. Bald. c. ſæpe, num. 8. de appell. Neuiz. conſi. 17. num. 15.

63 Procurator, qui iniuſtè litem mouit, in expen

ſis eſt condemnandus, Cyn. l. ſancimus, C. de iudic. Capell. Tholoſ. deciſ. 6. Item quis condemnari debet in expenſis, quæ procuratori ſolutæ fuerunt, Bart. l. ſi procurator, nume. 2. ff. rem ratam hab. Bellam. deciſ. 437. Item in expenſis condemnatur actor, qui procuratorem minus actum atque legitimum conſtituit, Neuiz. conſi. 16. nume. 3. Doct. §. oportet, auth. de iudic. Iac. l. Iulian. nume. 3. ff. qui ſat. cog. l. licèt, nume. 5. ff. de iud. Rurſus ſi procurator fuerit contumax, Dominus eius in expenſis condemnabitur, Innoc. c. 1. nume. 6. ut lite non cont.

64 Pupillus etiam in expenſis condemnatur, Capella Toloſ. deciſ. 329. Doct. l. ſi ex cauſa, §. nunc uidendum, ff. de minor. Guid. l. 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.

65 Rata. Quis debet condemnari pro rata, in qua eſt uictus, ut ſi plura fuiſſent capitula ſeparata, & in quibuſdam obtinuiſſet, in reliquis non, Boer. deciſ. 74. uolum. 1. Socin. c. 2. de libelli oblatione.

66 Regularis uictus in expenſis condemnari debet, Socin. conſi. 99. uolum. 3. Ampliatur etiam ſi litigaſſet pro utilitate monaſterij, Rota deciſ. 799. Bellamera deciſ. 159.

67 Renuncians liti, in expenſis condemnatur, Iaſ. l. properandum, §. ſin autem, nume. 2. C. de iud. Bald. l. poſtquàm, q. 5. ff. de pact. Bald.

auth.

auth. contra,not.2. C. de non numer. pecun. Additio Capellæ Tholoſ. deciſ. 5. Salic. d. l. poſtquàm,q.8.num. 19. Doct. l. deſtitiſſe, ff. de iudic.

68 Reſtitutio data minori, condemnatur aduerſarius in expenſis, Capella Tholoſ. deciſ. 329. l. non eſt ignotum, C. de adm. tutor. Bart. l. ſi finita, §. ſi forte, ff. de dam. infect.

69 Retardati proceſſus in expenſis quis condemnari debet, l. non ignoratis, C. de fruct. & lit. exp. c. literis, c. finem litibus, de dolo & contum. Signor. conſi. 36. nume. 7. Bald. c. exceptionem, nume. 1. de exc. c. ſæpè, nume. 8. de appell. Neuiz. conſi. 17. nume. 15. Iaſ. l. ſancimus, C. de iud. Purpur. l. edita, num. 305. C. de eden.

70 Reuocatæ ſententiæ interlocutoriæ uictus in expenſis condemnari debet, Marſil. l. patre, nume. 73. ff. de quæſt. Innoc. c. cum ceſſante, de appellat. Fel. c. ad audientiam, num. 35. de reſcr.

71 Ruſticus etiam condemnari debet, ſi fuerit uictus in expenſis, Bart. l. edita, C. de eden. not. l. 1. ff. eod. Iaſ. l. ſi certis, C. de pact. Purpur. d. l. edita, num. 251.

72 Sententiam nullam dicens, non minus condemnatur, ac ſi appellaſſet, Iaſ. l. properandum, §. ſin autem, num. 23. C. de iud. Lancel. in ſua praxi, tit. de præt. lib. 1. c. 9. ampl. 11.

Bald.l.omnem,num.2. C. quando prou. non eſt neceſ. Afflict.deciſ.70.num.4.

73 Separata plura capitula proponens, uictus licèt in aliquo abſoluatur,in reliquis in expẽſis condemnari debet,Boer.deciſ.74.uolu.1. dixi ſuper.num.65.

74 Sorori litiganti à fratre legitimam petenti lite pendente expenſæ cum alimentis ſunt ſubminiſtrandæ,Cephal.conſi.127.nu.7.dixi ſuper.num.33.

75 Tabellionis expenſæ refici debent, Bald. l. non ignorat,num.4.ubi etiam Corn. num.8. C.de fruct.& lit.expenſ. Lanfran. c. quoniam contra,nume.25.de probat. Alexan.l.Ariſto, num.5.ff.de acq.hæred. Barb.conſi.7. uolu.2.

76 Tenutam recuperare uolens,expenſas reficere debet ille, contra quem decretum fuit interpoſitum,Auth.ei,qui.C. de bon. auth. iud. poſſ.l.ſi finita,.§..Iulianus,nume.9. ff. de dam. infect. Ampl.etiam in expenſis in re factis, l. ait,.§..quod ait,ff.de iud.Rom.ſing.413. & iudex poteſt ſimul mittere in poſſeſsionem & in expenſis condemnare.

77 Teſtis iniquè teſtificans,condemnatur in expenſis,Marſi.in praxi crim..§.. ſupereſt,nume. 15.Natta clem. ſæpe,de uerb. ſign.nam idem iudicatur de teſte iniquè teſtificante,quod de iudice iniuſtè iudicante,Georg. c.iu ſumma, 2.q.3.

78 Titulum siquis in fine causæ docuerit dolosè causa protelandi litem, in expensis condemnatur, Maranta de ord.iud.6.par.memb.2.nume.2.Bald.l.cogi, C.de pet.hæred.

79 Transactio generalis facta super re, de qua agitur, licèt ad connexa extendatur, non tamen trahitur ad expensas: potest tamen pactum fieri per partes, ut de expensis stetur dicto partis, Marsil.l.patre, num.62.ff.de quæst. Doct.l.fin.C.de fideicom. Alex.consi.37.uolum. 2. Item in expensis condemnatur quis occasione illius rei, super qua non est transactum, Doct. Rubr.de eo, qui mit. in poss.ubi Ioan.Andr.nume.2. Item expensas in lite factas poterit exigere actor, quamuis reus lite pendente transegerit cum eo.Capella Tholos. decis.5.not.§.fin.Inst.de perp.& tempor.act. nisi expensæ specialiter sint remissæ.

80 Tutor expensas, quas bona fide fecit, poterit à pupillo eas repetere, Bart.l.1.§.si pupillus, in 3.lect.ff.de tutel.secus autem est, si lis iuridicè non fuisset mota, l.quoties, §. sicut, ff.de adm.tutor.l.bona fide, C.eod.tit. l. fin.C.de ordin. cogn. l. 1. C. de negot.gest.ubi Bart. nume.2. Item tutorem petens, quamuis succumbat, expensas repetet, Bart.l. cum impuberes, nume.5.C.de neg.gest.Innoc.c.ut præteritæ, de elect.

81 Venditor emptori expensas reficere debet,

ſiue obtineat, ſiue ſuccũbat, niſi eas ab aduerſario, qui ſuccubuit recuperauerit, not. Doct. l. uenditores, ff. de uerb. oblig. Doct. com. l. qui abſentem, ff. de procur. Bart. l. 1. C. de euict. l. pen. ff. de liber. leg. Io. And. c. finem, de empt. & uend. Ioan. An. cõſi. 37. & hoc niſi emptor nõ petẽdo aduerſariũ in expenſis condẽnari, in mora eſſet, quia tũc uẽditor nõ teneretur.
82 Vxori cum marito litiganti expenſæ litis ſubminiſtrari debent, Afflict. deciſ. 10. Guid. q. 439. nume. 4. Lopes c. per ueſtras, §. 39. ampl. de don. inter uir. & uxor. Innocen. c. ex parte, de accuſat. Boer. q. 325. nume. 2. Ceph. conſi. 127. nu. 6. Capella Tholoſ. deciſ. 88. Fallit, ſi ipſa eſſet indotata, Io. An. c. ſalubriter, de uſur. & ex his ſatis conſtat in quibus procedat dictum, Victus uictori in expenſis condẽnetur.

## Fallentiæ.

25 Fallit Primò, quando quis habuit iuſtam litigandi cauſam, quæ excuſat ab omni pæna, Doct. com. d. l. properandum, §. ſin autem, C. de Iud. Alba conſ. 5. nu. 5. Marſ. l. patre, nu. 17. ff. de quæſt. l. 3. C. de calumn. niſi quis eſſet contumax, l. ſancimus, C. de iudi. Didac. Pract. quæſt. cap. 27. Vel niſi ſtatutum aliter diſponat, Alber. d. l. properandum, §. ſin autem, C. de iud. ſeu niſi tales expenſæ ſtipulatione fuerint promiſſæ, gl. auth. oportet, C. de

iudic. Hoc idem est, quando quis in aliqua interlocutoria succubuit, Iaf.d. §. sin autem, nu.7. Secundò fallit in eo, qui habuit semiplenam probationem, Doct.com.c. finem litib. de dolo,& cont.Bald.l.qui non probasse, C.de calumn. Alex. cons. 108.uolu.4. Socci. reg. 139. lim.2. Tertiò limitatur, quãdo quis per testes probauit, sed ex defectu ipsorum, ut quia erãt infames, succubuit; quo casu quis iustam litigandi causam habuit,& per consequens in expensis condemnari non debuit, Bald.auth.generaliter,C.de episc. & cler.l.1. C.de adu.diu.iud. Quartò fallit, quando quis habuit consilia Doctorum Illustrium, Salyc.l. iuris ignorantia, C.qui adm.Mars.d.l. patre, num.32. Iaf.d.§. si autem nu.5. Crot.l.1.§.eadem, num.23.ff de uerb.oblig. Doct.c. ut debitus, de appell. etiam si esset opinio duorum tantum, Iaf.d.§. sin autem, num.8. imò procedit etiam si esset unius Doctoris tantùm, Iaf. d.loco, nu.8. Quintò fallit, quando quis habuisset testes extraiudicialiter promittẽtes testificari, Bald.l.non ignorat, C.de fruct. & lit. expens. Sextò fallit, quando Iudex semiplenæ probationi detulit necessarium iuramentum, Alex. cons. 122.uol.2. Neuizan.cons.94. num.7. Mars.d.l.patre, nu.36.ff.de quæst. Septimò fallit, ut si quis relicto competenti Iudice, alium adiecit, nam etiam si obtinuerit, in

expensis condemnatur, Iaſ. d. §. ſin autem, numer. 10. gl. §. & iudicare, Auth. de defenſ. ciuitat. Octauò fallit, quando actor petijt plus debito, quia ex quo plus petiit, totum ei negari potuit, gl. l. 1. ff. de plus petit. Guido conſ. 8. num. 4. Neuizan. conſ. 94. numer. 12. Nonò fallit, quãdo quis litigat ſuper eo, quod ipſe audiuit a uiris fide dignis, gl. l. Titio, ff. de cond. & dem. Bald. l. iudicia, C. de rei uendic. Decimò fallit in perſona ualde honeſta, quæ temerè litigaſſe non præſumitur, gl. c. expedire, 12. q. 2. Iaſ. d. §. ſin autem, numer. 10. Crau. tract de antiq. tempor. 1. par. nu. 256. Riminald. conſ. 270. nu. 13. uol. 2. Vndecimò fallit in eo, qui obſerandum ſuum honorem litigauit, Iaſ. d. §. ſin autem, num. 9. Bart. l. quæ omnia, §. 1. not. 3. ff. de procurat. Duodecimò fallit, quando prius actor extraiudicialiter reum interpellauerit, qui in prima citatione comparuerit, & debitum faſſus ſit, Guliel. l. edita, C. de edendo, Angel. l. debitores, ff. de ſeru. urb. præd. Decimotertiò fallit, quando uictor nõ condemnatur, quia de iure cõi. abſolutus cẽſetur, Doct. cõ. l. terminato, C. de fruct. & lit. expenſ. Iaſ. d. §. ſin aũt Lãfranc. tract. de expenſ. nu. 12. Decimoquartò fallit, qñ miſſio in poſſeſſionẽ ex aliqua rationabili cauſa reuocatur, Iaſ. d. §. ſin aut, nu. 10. Decimoquintò fallit, quando Notarius cauſæ, qui

ob reuerentiam partis, quæ obtinuit, ſalariũ accipere recuſauit, Angel.l.fin. C. de fruct. & lit. expenſ.Iaſ.d .§..ſin autem,nu. 14. Decimo ſextò fallit, qñ quis litigat, ut ſibi actionem de euictione paret,not. l.habere,ff. de euict.l. atqui,.§.. cum me,ff. de neg. geſt. not.l. utique, ff.de rei uend.Iaſ. d..§.. ſin autem. Decimoſep timò fallit,quando Iudex in ſentẽtia diffiniti ua ſibi condemnationem expenſarum reſeruauit, quia ſolum ſibi reſeruat taxationem ip ſarum, condemnationem autem ſibi reſeruare non poteſt. Abb.conſ.5.num.6.ſecus eſt in ſententia interlocutoria, qua lata Iudex eſſe non deſinit, Doct.l. terminato, C.de fruct. & lit. expenſ. c. finem litibus, de dolo, & cont. Marſ.l.patre,nu.70. ff.de quæſtio.Decimo oc tauò fallit,ut ſi procurator, uel aduocatus in cauſa propria:nã ſi causã patrocinatur, illud idem, quod alioquin alteri aduocato, uel pro curatori cogeretur ſoluere, in cõdemnatione expenſarum petere non potuiſſet,Bart.l.ſi ſtipulatus,ff. de fideiuſſor. Iaſ. d..§.. ſin autẽ,nu. 14.Rota deciſ.5. de Procurat.niſi cauſa ſit cõmunis cum altero,quia expenſæ pro parte illius peti poſſunt, Boer. deciſ.210.nu.5.uol.1. Decimononò fallit, quando inſtrumentũ debiti non fuit productum, nam expenſæ factæ ante productionem,non debentur,Cyn.l. unica,C.ut quæ deſunt aduoc. Fel.c.uenerabi

lis,nu.3.de iudic. Maranta de ord.iud.par.6. nu.2.Cagnol.l.qui in alterius, nu.3.ff. de reg. iur.Iaſ.d.§.ſin autem, nu. 12. Vigeſimò fallit in eo, qui fuerit uictus in duello, ſeu qui non comparuit ex contumacia, Ferret. in tract. de duello,nu. 50. quia uerè actus iudiciarius nõ dicitur. eſt.n.duellum omni iure prohibitum, Iaſ.l.ex hoc iure, ff. de iuſt. & iur. Bald. l. ut uim,ff.eod.tit. Vigeſimoprimò fallit in abſente ex iuſta cauſa,qui non refectis expenſis tenutam recuperat,Alex.l de die,§.tutor, ff.qui ſatiſd.cog.Marſ.l.patre,nu.74.ff.de quæſt. Vigeſimoſecundò fallit in probabili errore,qui ab expenſis excuſat, Bald. conſ.217. num. 8. uol.2.maximè quandò erratur in facto, quod quidem prudentisſimos homines fallit. Vigeſimotertiò fallit in Monacho, qui cum nihil habeat, in expenſis condemnari non debet, Innoc.c.reprehenſibilis, de appellat. Vigeſimoquartò fallit, quando quis habet pro parte ſua præſumptionem, ſcripturę quidem præſumptio excuſatur ab expenſis,Bal.conſ.166. uol.4. not.l.de ætate,§.ex cauſa, ff. de interrog. act. Vigeſimoquinto fallit, quando fuerit dictum in ſententia, uictum uictori in expenſis, nec fuerit dictum,condemnamus.tũc enim dictæ expenſæ non comprehenduntur propter illud uerbum omiſſum condemnamus. ſententia enim debet expreſſè condemnare,

nare,uel abſoluere,Rom.l.1.ff.de re iud.Bart. l.Præſes,C.de ſent.Alex.conſ.126.nu.9 uol.6. Vigeſimoſextò fallit, quando pro poſſidente executio ſententiæ petitur,Rota deciſ.36.nu. 1. de ſent. & re iud. Vigeſimo ſeptimo fallit, quando pro caſu eſſet lex habens plures intellectus, Barbat. c.1.nu.138.de conſt. Marſ. l.patre,nu.35. ff.de quæſt.Vigeſimooctauò,& ult.fallit in eo,qui nō potuit cōparere,Abb.c. 1.nume.14.de dilatio.c.querelam,de Procurato.not.d.c.finem litibus. de dolo, & contum.Doct.com.l.properandum,§. ſin autem, C.de iudic.ex quibus apparet, quomodo dictum procedat, Victum uictori in expenſis condemnandum eſſe. Laus Deo.

## *SVMMARIA.*

1 *Lite pendente, nihil eſt innouandum.*

2 *Exequutio facti fieri non poteſt pendente appellatio*

3 *Tertius non poteſt petere reuocationem attentatorum.*

4 *Appellare ubi eſt licitum, ſunt reuocanda attentata.*

5 *Querelæ uia ſuccurritur in his, in quibus prohibetur appellatio.*

6 *Paria ſunt eſſe appellatum, & terminum pendere ad appellandum.*

7 *Inſtantia non currit cum diſputatur ſuper attentatis.*
8 *Innouare triplici modo dicitur.*
9 *Innouatum quando non eſt renouandum.*
10 *Reuocatio attentatorum tria requirit.*
11 *Sententia lata ſuper attentatis, quandoque definitiua, quandoque interlocutoria dicitur.*
12 *Appellatio requiritur ad reuocationem attentatorum.*
13 *Reuocata quando ueniant attentata.*
14 *Remiſſoriæ ſuper attentatis non reuocantur.*
15 *Mandatum ſpeciale requiritur ad reuocationem attentatorum.*
16 *Attentatum deductum per uiam exceptionis, non poteſt impediri.*
17 *Libellus attentatorum, qualiter formetur.*
18 *Appellans antequàm innouetur, quid poſſit agere.*
19 *Sententia nulla an deuoluat.*
20 *Remedium reuocandi attentata.*
21 *Petitionibus pluribus oblatis, primò pronunciandum eſt ſuper attentatis.*
22 *Obſeruatio termini in attentatis non datur.*
23 *Attentata deduci poſſunt per uiam exceptionis*
24 *Innouatum poſt extraiudicialem appellationẽ non reuocatur.*
25 *Attentata non reuiuiſcunt, ſi fuerint reuocata.*
26 *Innouans debet habere ſciẽtiam appellationis.*

27 *Instantia currit in appellatione ab interlocutoria, non obstante etc.*

28 *Rescriptum committens attentata, intelligitur de factis, non autem de faciendis.*

29 *Terminorum obseruatio non habetur inattentatis.*

30 *Remissoriæ quomodo non concedantur in attentatis.*

31 *Executio fieri potest post sententiam in possessorio.*

32 *Attentata qualiter reuiuiscant.*

33 *Attentandi licentia uon uenit in generali mandato.*

34 *Iudex potest rectè iudicare, & nihilominus potest attentare.*

35 *Attentatorum regula non habet locum in causis separatis.*

36 *Attentata ueniunt accessoriè ad negocium principale.*

37 *Probationes tempore perituræ factæ, non reuocantur.*

38 *Processu eodem iudicabitur, si attentata non reuocabuntur.*

39 *Attentata introducta sunt de iure positiuo.*

40 *Attentata reuocantur, quæ post legitimam appellationem fiunt.*

41 *Reuocantur attentata, etiam si fiant post ipsam citationem.*

# EGVLA OCTAVA.

1 PPELLATIONE† pendente nihil est innouandum, l. unica, ff. nihil nou. appellat. interpo. ibi, Appellatione interposita, siue recepta sit, siue non, medio tẽpore nihil nouari oportet. Siquidem fuerit recepta appellatio, quia recepta est; si uerò non est recepta, ne præiudicium fiat ei, quò ad deliberetur utrum recipienda sit, an non. Recepta autem appellatione, tandiu nihil erit innouandum, quandiu de appellatione erit pronunciatum. conc. Franc. c. an sit, nume. 7. de appellat. Innoc. c. dilecti, il 2. de except.
2 Rot. in antiq. decis. 58. † Quod dictum procedit, ut appellatione pendente, facti exequutio fieri non possit, sed iuris sic, not. l. furti, ff. de his, qui not. infa. Vital. in claus. nihil nou. nume. 12. Maranta de ord. iud par. 6. nume. 175. Specul. tit. de appell. §. nouissimè, conc. cum Reg. Fel. consi. 49. Bald. consi. 319. uolum. 3. Dec. consi. 103. Barb. consi. 9. uolum. 2. Alexan. consil. 95. uolum. 5. Bellame. consil. 18. Guid. sing. 609. Card. c. consuluit, il 2. de appellat. Cap. Thol. 477. Bellam. decis. 529. Dec. consi. 200. Oldr. consi. 295. Grat. consi. 13. uolum. 2. Pro cuius dicti declaratione tria principaliter

ter sunt hic ponenda. Primò plura notabilia, Secundò nonnullæ ampliationes, Tertiò multæ fallentiæ ad regulam. Circa primum Primò not. quòd quemadmodum dixi fieri non prohiberi exequutionem iuris, ita intelligas habere locum inter appellantem, & ap-
3 pellatum: † non autem quò ad tertium, respectu cuius non dicitur pendere appellatio, not. c. Romana, §. in alium, de appellat. 6. nisi tertius aliquo pacto uellet appellatione iuuari; Bald. l. 1. C. si à non compet. iud. Vital. sub
4 clauf. nihil nouari, num. 20. Secundò not. † quod generaliter in his casibus, in quibus appellare licet, in his non potest innouari; ita procedit text. d. l. unic. in his uerò, quibus prohibetur appellatio à l. uel à statuto, si quid innouatum fuerit, non reuocatur, Doct. com. c. non solum, de appellat. 6. Spec. eod. tit. §. nouissimè, Maranta de ord. iud. par. 6. de appellat.
5 nume. 172. † nisi per uiam querelæ, Abb. c. pastoralis, de appellat. Maranc. d. loco, num. 105. ubi enim non suspenditur iurisdictio, non reuocatur actus, Didac. pract. quæst. c. 23. nume. 7. Abb. c. ut debitus, colum. 4. de appellat. Vital. tract. clausul. clauf. nihil nou. nume. 21.
6 Tertiò not. † quòd paria sunt esse appellatum, uel pendere terminum ad appellandum, quantum ad reuocationem attentatorum, Vital d. loco, nume. 25. Doct. d. c. non solum, de appellat.

pellat.6. Bald. l. appellatione, C. eod. nisi in casu decis. Rotæ 45. in antiquis, Ang. l. 2. C. de
7 appellat. Quartò not. † quòd instantia non currit, cum disputatur super attentatis, Dec. c. ex ratione, colum. 7. de appellat. ubi Franc. nume. 37. Afflict. decis. 98. idem Franc. c. dilecti, nume. 8. de appellat. 6. Capic. decis. 72.
8 Quintò not. † quòd appellatione pendente triplici modo dicitur innouare; Primò à lege, Secundò à iudice, Tertiò ab ipsa parte. A lege, ut cum quis appellatione pendente efficitur infamis. A iudice, si est iudex ad quem, potest, Bald. & Salic. l. appellatione, C. de appellat. Doct. c. cum teneamur, de appell. si uerò est Iudex à quo, qui appellationem admisit, nihil nouare debet, si non detulit, aut remanet iudex ordinarius, aut non. Primo casu si innouabit, non reuocatur attentatum, si non remansit iudex ordinarius, nihil nouare potest: & si quid attentauerit, reuocatur Seu melius distinguendo dicas, si egit in fauorem appellationis, admittitur: secus si contra appellantem, Vital. d. loco, nume. 13. Secundò non potest innouare post publicatam appellationem, quando est inter easdem partes: secus si circa diuersas, & non habentes causam. Tertiò, si innouatum est reuocabile, & illicitum, reuocatur: secus si est licitum, & inreuocabile. Quartò si non est inhibitum, & est à senten-

sententia definitiua appellatio iusta, tunc innouatum reuocari debet: secus si est iniusta & friuola. Quintò si est inhibitum in appellatione ab interlocutoria, siue iusta, vel iniusta, quod fuerit innouatum, reuocatur: si non fuerit inhibitum, non est reuocandum. Sextò,
9 † quando nouatio fit per iudicem ad quem, tendens ad exitum faciliorem causæ, non est reuocandum. Tertiò, & ult. si à parte nouatū fuerit coram iudice à quo, imponens silentiū in causa appellationis, tunc remedio attentatorum reuocatur: secus si non imponit silentium, si fiat innouatū coram iudice ad quem, non reuocatur, præsertim quandò tendit ad
10 exitum causæ, ut dictum est. Sextò not. † quòd ad hoc, ut attentata reuocentur, tria requiruntur. Primò constare debet definitum. Secundò appellatum. Tertiò attentatum, not. Doct. c. non solum, de appellat. 6. Bald. l. appellatione, C. eod. tit. Vestr. tract. prax. tit. ut lit. pend.
11 Septimò not. † quòd sententia lata super innouatis, quandoque interlocutoria, quandoque definitiua est, Franc. c. cum cessante, nume. 45. de appellat. Fel. rubr. de re iud. nume.
12 12. Octauò not. † quòd ad reuocationem attentatorum opus est, quòd fuerit appellatum per habentem potestatem appellandi, Vestr. in praxi, in tit. ut lit. pend. nume. 206. Nonò not. quòd sententia lata super uno libello at-

tentatorum, non prodest in alijs, Doct. com.
13 c.dilecti, il 3. de appell. † nisi quando definitiuè fuisset pronunciatum, benè appellatum, & malè iudicatum: tunc omnia ueniunt reuo-
14 cata, Doct. d.c.dilecti. Decimò not. † quòd licèt remissoriæ super attentatis non concedantur, Vestr. in praxi de remissor. ad partes, nume. 130. in appellatione tamen ab interlocutoria super ipsis testes iurare possunt, & recipi, quod non contingit in alijs interlocutorijs, Rot. decis. 85. & decis. 105. in nouis. Vn-
15 decimò not. † quòd speciale mandatum requiritur ad attentandum, Fel. c. 1. ut lite penden. num. 8. Vestr. d. loco, uer. non sufficere, Lapus c. eum qui, de præb. 6. Duodecimò not.
16 † quòd si fuerit deductum attentatum per uiam exceptionis, impedire non potest executionem trium conformium, not. c. ut calumnijs, de re iud. 6. Abb. consi. 97. uolu. 1. Deci-
17 motertiò † libellus attentatorum ita formatur, quia petitur reuocari factum contra, uel post appellationem à definitiua, Doct. com. c.
18 dilecti, il 3. de appellat. Decimoquartò † antequàm innouetur, appellans potest adire iudicem à quo petens ne innouetur aliquid in præiudicium appellationis, Doct. com. c. an sit, de appellat. Franc. c. cum teneamur, eod.
19 tit. Dec. consi. 200. Decimoquintò, † si appelletur à sententia nulla, deuoluit quo ad atten

tata

tata, Franc.c. dilecto, nume. 21. de appellat. Decimosextò not. pro reuocandis attentatis
20 oritur duplex remedium. Primò † ordinarium medio appellationis per uiam iniustitiæ, quo incidenter, & accessoriè ueniunt attentata, Vestr. prax. ut lite pend. uers. ex his, & per modum libelli coram ordinario agendo per uiam nullitatis petuntur, Maranta de ord. iud. tit. de appellat. num. 396. Secundum est extraordinarium, quod officio iudicis expeditur, sine libello absque litis contestatione, sed solum oblata quasi petitione petitur reuocari attentata, not. c. non solum, de appellat. 6. c. dilecti, eod. tit. il 3. Decimoseptimò
21 not. † quòd oblatis pluribus petitionibus, prius pronunciandum est super attentatis, Dec. consi. 200. clem. appellanti, de appellat.
22 Decimooctauò not. † quòd in attentatis non datur obseruatio terminorum, Cass. ad. decis. 4. tit. de dilat. Sed quis coram Iudice comparens dicat, talia attentata, eaque petat reuocari, Angel. l. per hanc, C. de tempor. appellat. Gem. c. non solum, §. illa, nume. 10. de appell. 6. Vital. sub clausula, nil nouari, nume. 3. Innoc. c. dilecti, de except. nec requiritur probatio tituli, Bellam. decis. 286. Cass. decis. 3. de
23 rest. spol. Decimononò notatur, † quòd innouata deduci possunt per modum exceptionis ad impediendam executionem sententiæ,

Franc. c.dilecti,il 3.nume.9. de appellat. Vi-
24 gesimò not. † quòd innouatum post extra-
iudicialē appellationem non reuocatur, nisi
sit contra ipsam: secus est in iudiciali, Franc.
c. dilecti, il 1. nume.4. de appellat. Maranta
de ord.iud.par.6. nume.390. quod iudicium
suspendit causam possessorij, & petitorij, Cas-
sad.tit.de dilat.decis.4. nume. 3. Vigesimò-
25 primò not.†quòd attentata non reuiuiscunt,
si iudex reuocaret attentata in præiudicium
appellationis, & postea in meritis causæ di-
ceret benè iudicatum, & malè appellatum;
Ioan.Mon.c.cupientes,§. de uiginti, nu. 144.
Vital.tract.de claus.sub claus. nihil nou.num.
26 9. Vigesimosecundò not. † quòd innouans
debet habere scientiam appellationis, Card.
& Franc.c. si iustus, nume. 42. de appellat. &
ut attentata reuocentur in extraiudiciali ap-
pellatione, necesse est quòd intimetur appel-
latio iudici & parti, alioquin innouata te-
nent, Doct.com.d.c.si iustus, Maranta de ord.
iud.par.6.nume.391. Vigesimosecundò not.
27 †in appellatione ab interlocutoria currit in-
stantia appellationis, non obstantibus atten-
tatis, Ber.quæst.200. nume. 14. Vigesimoter-
28 tiò not.† quòd rescriptum committens atten
tata, intelligitur de factis, non autem de fa-
ciendis, Ber.quæst.220. nume. 14. quæ atten-
tata ueniunt non ex rescripto, sed incidenter
iudicis

iudicis officio, Bald.l.3.C.si à non comp.iud. Not.tamen, quòd nedum in libello, sed etiam in rescripto est mentio facienda attentatorum, Fel.c.ex tenore, de rescr. Vigesimoquar-
29 tò not. † quòd licèt in attentatis non habeatur terminorum obseruatio, Rot. decis. 764. Cassad.decis.4.tit.de dilation. tamen signatura hunc seruat stilum, ut præfixo breui termino ad docendum de attentatis, in meritis procedat, nec itur per tres conformes, Pract. Vestr.tit.ut lite penden.num.207. Vigesimo-
30 quintò not. † quòd quatenus dixi super.non dari remissor.in attentatis, procedit in actore, non in reo, cui ad defensam remissoriæ dantur, Cassad.decis.4.de dilat. quia pro reo repulsantur testes, & datur dilatio, Afflict.de-
31 cis.351. Vigesimosextò not.† quòd in possessorio potest post sententiam fieri executio, etiam si fuerit appellatum, quia retractatur per uiam iniustitiæ, non autem per uiam attentati, Bald.l.2.C.de episc. aud. Nicell. in lib.de concord. gl.in gl.6. Moder.19.nume.
32 34. Vigesimoseptimò not.† quòd si infra annum non finitur appellatio, non solum transit in rem iudicatam, sed attentata, appellatione pendente, reuiuiscunt. not.clem. sicut, de ap-
33 pellat. Vigesimooctauò not.† quòd attentandi licentia non uenit in generali mandato, Fel.c.1.num.8.ut lite penden. Vestr. in praxi

tit. ut lite penden. Vigesimonono not. quod per eosdem casus, quibus renunciatur appellationi, per eosdem renunciatur attentatis, not.c.gratum, de offic.deleg.c.solicitudinem,
34 de appellat. Trigesimo not.† quod iudex potest recte iudicare, & nihilominus potest attentare sicuti potest iniuste iudicare, & non potest attentare, Manfred.tract.de attent.lib.
35 2.par.4.num.12. Trigesimoprimo not.† quod regula attentatorum non habet locum in articulis separatis a causa appellationis, Bald. l.1.C.de bon.poss.sec. tab. ubi etiam Decius, Vital.tract.claus. claus. nihil nou. nume. 22. Franc.c.an sit, nume.7. de appellat. Trigesimosecundo not. quod deserta appellatione, remanet facultas iudici attentata reuocandi in uiam nullitatis, Manfred.d.loco, lib.1.par.
36 2. nume.16.† quamuis attentata accessorie ueniant ad principale negocium, Mant.consi. 309. Guid.consi.124.num.6. Trigesimotertio
37 not.† quod probationes appellatione pendente factæ, tempore perituræ, non reuocantur per uiam attentati, Marsil.sing.258. Euer. consi.36. Trigesimoquarto not. quod causa possessionis, aut proprietatis, potest cumulari cum iudicio attentatorum, Bellame. concl.
38 506.& seq.† quod si attentata non reuocantur, ex eodẽ processu iudicabitur super alijs, Bellam.d.loco. Trigesimoquinto & ult.ratio,

quare

quare attentata habeant tot priuilegia est, quia attentans offendit ius, iudicem, & partem, Alex. consi. 99. uolum. 5. Didac. Gouarr. tract. pract. quaest. cap. 23. nume. 165. Afflict. decis. 352. Franc. cap. non solum, de appellat.
39 † quae sunt introducta de iure positiuo, not. Doct. com. d. c. non solum. quorum causa si per rescriptum fuerit commissa, intelligitur de attentatis factis, non autem faciendis, Ber. q. 220. nume. 14. de quibus not. Dec. consi. 200. Grat. consi. 13. uolu. 2. Oldr. consi. 295. Aret. l. 1. ff. de appellat. Socin. reg. 21. Bellam. decis. 749. Paris. consi. 108. uolu. 1. Socin. iun. consi. 52. uolum. 2. Feder. de Senis consi. 98. Gozad. consi. 85. Paris. consi. 28. uolu. 4. Cassan. consi. 30. Ioan. Anan. consi. 83. & de libello ipsorum not. Socin. c. significantibus, num. 28. de libelli oblat. Beltr. consi. 49. uolum. 1. Ruin. consi. 75. uolum. 5. Neuizan consi. 80. nume. 4. Paris. consi. 41. uolum. 1. & quomodo praeponatur ad attentata, Lap. alleg. 2. Guid. quaestio. 213. Franc. c. saepe, nume. 30. de appell. Bald. l. 3. C. de appellat. Oldr. consi. 295. reuoceturque exequutio sententiae per uiam attentati, Neuiz. consi. 70. Bald. consi. 330. uolum. 3. Gemin. consi. 24. Doct. com. l. appellatione, C. de appellat. & in c. non solum, eod. tit. His ergo primò praemissis, ampliatur pluribus modis, ut secundum praemissum expediamus, Et pri-

40 mò † regulariter reuocantur attentata, quæ post,& contra legitimam appellationem à definitiua fiunt,gl.& Doct.com.c.non solum,de appell.6.Imola c.ut calumnijs, de re iud.not. 5.Doct.com.c.dilecti,il 3 de appellat.Secundò ampl. ut non solum reuocentur ea, quæ
41 post litem contestatam fiunt,† sed etiam quæ innouantur post ipsam citationem, Vest. in sua praxi, tit. ut lite pendente. Tertiò reuocantur attentata in quacunque parte iudicij, Afflict.decis.352.num.4. Franc.c.dilecti, il 3. nume.3.de appellat.Sed ut facilius casus speciales inueniantur,ordinem,quem in aliis regulis sequutus sum,sequar ego in præsenti.

## Ampliationes.

I

42 Accessorium reuocatur, quando fuit innouatum in casu, quo & eius principale remoueretur,Bald l. cum alias, C. de iure deliber. not.l.cum principalis,ff.de reg.iur.c.accessorium,eod.tit.6.

2 Actione reali conuentus, si alienat lite pendente,reuocatur attentatum,Spec.§.nouissimè,tit.de appellat. Vital.tract.clauf.uer.nihil nou num.2.

3 Actor attentans post commissionem & decretum citationis reuocantur, etiam si non fuerint executa, Cassad. super. reg. Cancell. decis.

decis.6.nume. 2. Vest.in sua praxi, in tit. nihil nou.appell.pend.

4 Agenti super attentatis, non obstat exceptio alterius spoliationis,Innoc.c.1.de ord.cogn. Afflict.decis.98.

5 Alienatio rei litigiosæ reuocatur per uiam attentati,Rota decis.319. Manfred. tract.de attent.concl.45.Abb.c.1.ut lite pend.quando tamen litigatur possessio,non uidetur prohibita alienatio dominii, not. l. fin. C. de litigio.

6 Ante omnia attentata reuocari debent, Ripa in tit.de rescr. Resp.2.Rot. decis. 448. de appellat.dicam ego in reg.seq.in principio.

7 Apostoli si à iudice non dantur,nulliter agit, Rot.decis.20.de appellat.c.ut super,de appellat. 6. item pendente termino ad dandos Apostolos, iudex procedere non potest. Rot. decis.406.tit. de appell. Boer. decis. 256. Aegid.concl.151.

8 Appellatio licèt non sit interposita dummodò sit infra tempus ad appellandum, quicquid fit medio dicto tempore, reuocatur per uiam attentati, Feder. consi.119. Manfr. concl.83.

9 Arbiter. Lite pendente coram arbitro, nihil est innouandum, Alex.l.pecuniam,ff. de cōd. indeb.Corn.cons.136.uol.4.

10 Auocatio facta per iudicem, habet uim appellatio-

pellationis, quò ad attentata, Manfred. concl. 198. Henricus c. ut nostrum, de appellat. Rebuff. tract. de auocat. nu. 103.

11 Beneficium dum litigatur, si possessio eius transferatur, reuocatur talis actus per uiam attentati, Rota decis. 56. tit. ut lit. pend. hoc idē si quis spolietur, eo etiam reseruato, Rot. decis. 16. de rest. spol. Aegid. concl. 506. & seq. & in decis. 102. nisi penderet lis ob aliquod delictum, tunc. n. pendente lite renunciari potest, gl. c. 2. ut lite pend. 6. Domin. cons. 105. col. 2. not. Cald. cons. 5. tit. de præb.

12 Bannitus lite pendente, petiens rebanniri, non potest offendi, Alex. l. mulier, §. nam est, ff. ad senatuscons. Trebell.

13 Causa tam ciuilis, quàm criminalis, & Canonica, habet locum in attentatis, Doct. c. non solum, de appellat. fallit si quis confessus fuerit in criminalibus, Bald. l. fin. C. de lit. & expens.

14 Certa appellatio quò ad causam, & ad factū licet incerta ratione personæ, est in causa, ut innouata ea pendente reuocentur, Innoc. c. consuluit, de appellat. Rot. decis. 407. de præb. in nou.

15 Citatio, nec quilibet alius actus, fieri non potest ante terminum præfixum per Iudicem a quo, ad prosequendam appellationem, Rota decis. 200. de appellat.

16 Con-

16 Conclusio in causa. Post cõclusionem in causa innouata reuocantur, licèt regulariter innouata ante conclusionem, in causa regulariter non possint reuocari post conclusionem in causa, Hercul. tract. de attent. cap. 30. nume. 30.

17 Cedula. Sententia lata pro ut in cedula, antequàm talis sententia aperiatur, attentata medio illo tempore, quo aperitur, non reuocantur, ut facta lite pendente, sed ut facta intra decem dies ad appellandum: qui decẽ dies licèt elapsi sint a die data, pro ut in notula, tamen non impeditur appellatio, quia illi dies currunt a die scientiæ. Item inhibitio non afficit post sententiam latam, pro ut in notula, Herc. d. loco. cap. 30. nu. 30.

18 Contractus. Lite pendente super rescissione contractus usuræ medio tempore non debentur, nisi instrumentum sit iuratum, seu habens executionem paratam, Salyc: rubr. C. de usur. not. l. si quis maior, C. de transact.

19 Cumulatio attentatorum cum appellatione, fieri potest ante, & post litem cõtestatã. Doct. c. dilecti, il. 3. de appellat. Manfred. concl. 84.

20 Delegatus post appellationem non potest innouare; & ubi ab aliquo articulo appellatur a delegato, in omnibus aliis uidetur exemptus appellatus a Iurisdictione delegati secus est in ordinario, Rota decis. 163. de appellat.

21 De-

21 Delictum si a pluribus inquiratur, potest ab uno, si quid innouatum est, uia attentatorum reuocari, Bart. l. sepulchri, ff. de sepulchro uiol. Ruin.cons.84.uol.4. habet enim in hoc locum præuentio.

22 Deserta. Attentata post desertionem reuocantur per uiam iniustitiæ, Rot. tit. de appell. decis. 1. Dec.l. 1. C. de bon.poss.sec.tab.

23 Executio sententię reuocari potest, per uiam attentati, Bald.cons.330.uol.3.Gemin.cons. 24. Neuizan. cons.70 Item post pronunciatum de exequendo, nihil est innouandum: & si fuerit innouatum, reuocatur, Dec.cons.97.

24 Exceptio. Attentata deduci possunt per modum exceptionis ad impediendam executionem alicuius sententiæ, Fran.c.dilecti,num.9. de appellat.

25 Expensæ taxantur in materia attentatorum, quæ fiunt in causa, Manfr. concl. 82. Ampl. procedere etiam ante sententiam in principali negocio ferendam, Rot. decis. 99. si tamen fiat taxatio pendente termino appellationis a condemnatione expensarum reuocantur per uiam attentati, Rota decis.46. de re iud.

26 Extraiudicialis appellatio facit, ut si quid innouetur, reuocetur remedio attentatorum, Card.c. dilecti, de appell. Manfr.concl. 195.

27 Factum. Si quis adierit iudicem, habens au-

ctori-

ctoritatem prosequendi ius suum de facto si quid pendente lite innouauerit, reuocatur remedio attentatorum, uiam enim quam elegisti, tibi pateat, Ruin. cons. 57. uol. 4.

28 Fatalia non currunt pendente causa attentatorum, Rot. decis. 448. de appellat. Franc. c. ex ratione, de appellat. Gomes. Reg. de annali poss. q. 14.

29 Fructus attentans restituere, cogitur etiam propriis expensis. Bald. c. bonæ, de appellat. Ruin. cons. 75. uol. 5.

30 Gratia Apostolica non potest exequi, donec causa litis non finiatur, not. c. si hi, ut lite pēd. 6. Rota decis. 588. de concess. præb.

31 Grauamine probato post appellationem extraiudicialem, attentata ueniunt reuocanda, Rota decis. 344. de appellat.

32 Inhibitio facta iudici delegato per iudicem delegatum, reuocari potest remedio attentatorum, Manfred. concl. 28. Rota decis. 569. Aegid. decis. 623. Maranta de ordine iud. 6. par. tit. de appellat.

33 Instrumenti falsitatis exceptio appellationis prodest contra petentem reuocari attentata, Aegid. decis. 217.

34 Iniustitiam facit, qui non reuocat attentata, quando debet, Franc. c. consuluit, nume. 8. de appellat. Afflict. decis. 98. Manfr. concl. 91.

35 Interlocutoria. Attentatorum reuocatio fit

etiam

etiam post appellationem interpositã ab interlocutoria, not.Doct.c.non solum,de appellat.6.Aegid.decis.623.cum similib. Maranta de ordine iud. 6. par. de appell. numer.131. Guid.decis.20.

36 Intimatio executorialium nisi fiat, dicitur quodammodo attentare,Fel.c.ad probandũ, de re iudic.not.c.si beneficia,de præb.6.Gomes.reg.de anna.q.44.

37 Iudex adiunctus si datur,isto casu considera-tur materia attentatorum, Staphil. tract. de commiss.lit.iust.uers.dantur. Item iudex potest prohibere subditis suis, ne coram alio in sui præiudicium litigent, not.c.transmissa,de elect.etsi contrafiat,reuocatur remedio attentatorum.

38 Iustificata licèt nõ fuerit appellatio ,ueniunt reuocanda attentata, Oldr.consi.198. Dec.l.1.C.de bon.poss.sec.tabul.

39 Libellus generalis, & incertus procedit in materia attentatorum, Abb.c.consuluit, il 2. de appell.Ripa l.edita,num. 24.C. de edendo.Oldr.consi.206.Rota decis.305.

40 Lite mota super canone reintegrande, nihil peti potest,Ruin.consi.101.lib.5.nam non solum reuocantur innouata post appellationẽ, sed etiam post litem motam, Rota decis. 27. de appell.in nouis,Doct.c.ex insinuatione,de procur.Franc.c.dilecto,de appellat. Angel.l.

si sic,

si sic,ff.de leg.1. Socin.consi.199. colum.fin. uolum.2.

41 Mortuo reo, si alius subrogetur, actor non potest obtentis executorialibus tali subrogato non citato accipere possessionem, Decis. 429 de rest.spol.cum similib.

42 Motu etiam proprio parte non instante,quia in eius contemptum innouatum fuit, reuocare potest,Rot.decis.433.ut lit.pend.

43 Necessitas cum iudici præponitur,reuocantur attentata, Doct.l. sæpe, C. de pignor.l. 1. C.quomodo,& quando iudex,l.sæpè,de offic. præsid.

44 Nullitatis iudex reuocat attentata, Franc.c. dilecti,de appell. Alex. consi.2.uolu.2.Manfred.concl.8. Item per uiam nullitatis attentatorum reuocari possunt,licèt sit renunciatũ appellationi,Aegid.concl.670. & concl.624. Item nullitas proponi potest cum remedio attentatorum,Innoc.c.dilecti,de appell.Bald. l.edita,C.de eden.

45 Nunciatio. In nunciatione noui operis ueniunt reuocanda attẽtata,not.Doct.ubi Abb. c.1.de nou.oper.nunciat.

46 Officium iudicis est reuocare attẽtata etiam parte non petente, Rom. consi.14. Rot.tit.ut lite pend.decis.6.& decis.14.de rest.spol.Cassad.decis.3. eod.tit.Ampl.etiam post conclusum in causa,Doct.c.bonæ, de appellat. Item

not. quòd si duo litigant super aliquo officio, neuter ipsorum exercere debet lite pendente, Boer. decis. 150.

47 Pendentia litis super nullitate, operatur remedium attentatorum, Innoc. c. ex insinuatione, de appell. c. dilecto, il 3. eod. tit.

48 Penitus sunt reuocanda attentata, alioquin nulliter agitur, Doct. com c. non solum, de appell. Quod idem est in spolio, not. Doct. com. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess.

49 Petitorii litis pendentia facit, ut innouatum reuocari debeat, Ias. l. naturaliter, §. nihil commune, num. 131. ff. de acq. poss.

50 Possessione priuari non debet quis pendente appellatione, Dec. c. teneamur, de appellat.

51 Probare innouatum sufficit, licèt non probet de possessione, Rota tit. de appell. decis. 89. in antiquis.

52 Procuratoris mandatum si fuerit nullum, nõ causat attentatorum remedium, Ruin. consi. 8. uolu. 4. quia ibi nullum est litigium.

53 Recusatio. Post iudicis recusationem locum habet remedium attentatorum, Doct. ibi. Cardin. Rubr. de appell. Manfr. concl. 191. Alex. l. quia, ff. ad Trebell. Ias. l. non nouam, C. de iud. Ruin. consi. 6. uolum. 1. Boer. decis. 238. Rota decis. 38. de concess. præb. decis. 5. de dolo, & contum.

54 Remedium ordinarium appellationis licèt non intentetur, attamen reuocantur attentata, Abb. c. ex parte, de rescr. cap. dilecti, de except.

55 Renunciatum quamuis sit appellationi, reuocantur tamen attentata per uiam nullitatis; Aegid. decis. 670. not. c. non solum, de appell. 6. Bald. l. præscriptione, C. si contra ius, uel util. public. Dec. c. cum teneamur, colum. 1. de appell.

56 Res iudicata reuocari potest per uiam attentati, Franc. c. tua, num. 18. de appell. dummodò non sit facta executio, Gomes. tit. de anna. quæst. 44.

57 Restitutionis in integrum causa pendens nõ excludit remedium reuocandi attentata, not. c. sciscitata, de rest. in integr. Sal. l. unica, C. ne liceat tertio prouoc. Benintend. decis. 85. Aegid. decis. 217.

58 Reuocatio attentatorum fieri debet penitus ante omnia, etiam usque ad conclusionem in causa, Afflict. decis. 352.

59 Semper sunt reuocanda attentata, Doct. com. c. non solum, de appell. exceptis quibusdam casibus, de quibus paulò pòst dicemus.

60 Sententia dependens à sententia attentata, reuocatur per uiam attentati, Manfred. concl. 232. Item sententia lata post appellationem non potest confirmari per iudicem, cui com-

 missum

missum fuit negociũ principale, Aegid. concl. 53. cum simil.

61 Spolio facto post appellationem, iudex reuocare poterit attentata, Doct. com. c. an sit, de appell. ampl. plurib. modis, ut per Doct. com l. naturaliter, §. nihil cõmune, ff. de acq. poss. Item spolians lite pendente est magis odibilis, quàm alius spoliator, Ripa d. §. nihil commune, num. 67.

62 Seccor tertius in rem alienatam habet remedium attentatorũm, Franc. c. cũ teneamur, d. bonæ, de appell. Ampl. in successione beneficij, qui recipitur in eodem statũ litis, in quo erat author, Rot. decis. 3 ut lite pend.

63 Supplicare non licet lite, uel appellatione pendente, Ias. Rubr. C. ut lite pend.

64 Superiorem postulans uidetur appellare, Dec, c. dilecti, de appell. Vnde innouata medio tempore, reuocantur remedio attentatorum, Ias. l. 1. C. ut lit pend.

65 Tempus ad appellandum concessum perinde est, ac si appellatum fuisset medio tempore, not. Doct. c. non solum, de appellat.

66 Terminum ad appellandum petere, & appellare, paria sunt, Mansr. concl. 120. Rot. decis. 105.

67 Tertius habens causam à parte litigante, uti potest remedio attentatorum, Monach. c. cupientes, de elect. 6. gl. c. nõ solum, de appell. 6.

Franc.c.bonæ,colum.3.de appell. Afflict.decis.354.Rot.decis.2.de appell. Dec. d.c.bonæ,Doct.d.c.cum teneamur,de appellat.

68 Titulum suæ possessionis colorare quis non tenetur,etiam si essemus in beneficialibus,decis. 14. de rest. spol. & hæ sunt ampliationes. Veniamus modò ad limitationes.

43 Alimentorum causa non fit reuocatio attentatorum,Afflict.decis.152.Manfr.concl.157. in his enim, quæ allatura essent periculum propter moram suam,non reuocātur per modum attentati,cum non recipiant dilationē.

2 Appellans.Ea quæ fiunt in fauorem appellantis,non reuocantur remedio attentatorum,d.c. cum teneamur,de appell. Dec.l.1.C.de bon. poss.sec.tab. Item not. quòd quando non est appellatum per habentem potestatem appellandi,non reuocantur per uiam attentati.

3 Apostoli.Pendente termino ad dandos apostolos,si iudex procedit,nō reuocatur factum, Decis.128.de appell. Frāc.c.personas,de appellat.cum simil.

4 Articulus diuersus à negocio principali,non suspenditur per modum attentati,Rot.decis. 385.de appell.Dec.c.bonæ,de appell. c.super eo,eod.

5 Attentata omnia non reuocantur,sed tantum ea,quæ sunt in præiudicium appellantis,Dec.

c.solitudinem, colum. 1. de appell. quod procedit tam in iudiciali, quàm extraiudiciali.

6 Beneficium confirmari potest, usq; ad conclusionem in causa, Boer. decis. 206. Item in beneficialibus, quando constat de non iure petentis non reuocantur attentata, Rota decis. 348. de rest. spol. Item impetratio facta beneficii uacantis lite pendente ualet, & non reuocatur si neutri ius quæsitum fuerit, Aegid. decis. 219.

7 Causa principalis separata in aliquo articulo, facit ut in eo attentata non reuocentur, Doct. c. 1. de appell. Dec. l. 1. C. de bon. poss. sec. tab. nisi fuisset inhibitio sequuta, Rot. decis. 193. de appellat. Item not. quòd attentata non reuocantur, nisi præcedente causæ cognitione, Maranta de ord. iud. par. 6. num. 392.

8 Conclusa causa non reuocantur attentata, Rota decis. 57. ut lite pend. Afflict. decis. 352. Vital. in clau. nil nou. num. 6. ut intelligatur inclusiuè, non autem exclusiuè, Rom. sing. 14. Rota decis. 518. ut lite pend.

9 Confirmatio attentatorum facta per Papam, facit ut ipsa reuocari non debeant, Socin. cōsil. 46. uolu. 1.

10 Connexa ubi non sunt inseparabilia, faciunt attentata non reuocari, Boer. decis. 73.

11 Conscientiæ alicuius, quando fuit aliquid commissum, licèt appelletur, non habet locum

cum remedium attentatorum, Bellamera decis. 18. Fel. c. super his, de accusat. Corn. consi. 388. uolu. 3.

12 Consensus partium ubi interuenit innouatione non reuocatur remedio attentatorum, Doct. c. constitutus, ubi Abb. num. 11. Vital. in claus. in l. nouare, nume. 15. Manfr. concl. 118. Rom. Rubr. de arbit.

13 Criminalis causa non habet attentatā præsertim in confesso, & conuicto, Franc. c. non solum, de appell. attentata enim contra condemnatum de crimine non reuocantur, Vital. d. claus. nil nou. Maranta de ord. iud. par. 6. num. 178. cum simil.

14 Decretum Principis facit cessare remedium attentatorum, Ruin. consi. 76. uolum. 5. Vnde si dicat, non obstante inhibitione, intelligitur nedum de futura, sed etiam de præterita.

15 Deserta appellatio quoties fuerit, attentata reuocari non debent, dummodò constet de desertione, not. c. licet, de sent. exc. 6. Franc. c. sæpe, nume. 30. de appellat. Ber. q. 200. Doct. l. furti, ff. de his, qui not. infam. Rota decis. 464. de appell.

16 Effectus suspensiuus ubi non habetur per appellationem, Maranta de ordine iud. par. 6. num. 388.

17 Exceptionis uia. Si deducantur attentata, nō impediunt executionem trium conformium,

Abb. consi. 97. uolu. 1. Manfr. concl. 98.

18 Excommunicatio. Appellatio à sententia excommunicationis non inducit attentata reuocanda, Abb. c. pastoralis, de sent. excom. Maranta de ord. iud, par. 6. nume. 167. Manfr. concl. 66. Rota decis. 307. de appell. Fel. c. quoad consultationẽ, de re iud. Doct. c. qua fronte, de appellat.

19 Executio quando trahitur cum sententia, tunc innouata post appellationem non reuocantur, not. l. ab executione, de appellat. Rota decis. 36. de proc. sicut non reuocantur attentata post appellationem ab executione, Gemin. c. non solum, il 2. de appell. nisi sit appellatum ab excessu, Manfr. concl. 99. Item idem est, si appelletur post tres sententias, Alex. l 4. §. condemnatum, num. 14. ff. de re iudic. Item nota, quòd dictum l. ab executione, non procedit, quando fuisset inhibitum, Ruin. consi. 80. uolu. 5.

20 Expensę taxari possunt pendente appellatione, Lapus alleg. 72. dixi super. in prox. reg.

21 Extraiudicialis appellatio non inducit attentata, Rota decis. 38. de appell. Cardin. Rubr. de appell. Bart. l. fin. de appell. recip. Bald. l. 1. C. de arbitr. Manfr. concl. 163.

22 Facilitati causæ, quæ tendunt, non reuocantur remedio attentatorum, Doct. com. c. cum teneamur, de appell.

23 Friuola appellatio non facit reuocari attentata, Maranta de ord. iud. par. 6. nume. 171. Manfr. concl. 70. Fel. c. quo ad, nume. 38. de re iudic.

24 Fructus laborator, si dixerit nolle consignare, nisi uincenti cum satisdatione; non reuocatur hoc factum remedio attentatorum; Bald. l. Lucius, ff. famil ercis. Boer. decis. 106. simile de fructibus, inquit Manfr. concl. 27.

25 Fuga ubi timetur, potest innouari absq; metu attentatorum; Angel. l. nemo, C. de exact. trib. lib. 10. hoc idem cum de dilapidatione timetur, Spec. §. nouissimè, in tit. de appell. Suspectus de fuga in casu isto, in terminis habetur per Maran. de ord. iud. par. 6. num. 166.

26 Futurum grauamen si erit causa appellationis, nō erit causa reuocationis attentatorum, Doct. c. cum dilecto, c. cum cessante, de appellat. Fel. c. significante, colum. 4. de testib

27 Gratia si neutri impetrari potest lite pendente absque metu attentatorum; Gomes. de impetr. benef. uac. per obit. famil in princ. q. 8. & q. 10. Rota decis. 270. Gomes. de anna. poss. q. 28. Fel. c. in nostra, colum. 15. de rescr.

28 Grauamen si expresse reuocatur; non inducit remedium attentatorum, Vestr. in sua praxi, tit. de attentatis, Rota decis. 389. Manfred. concl. 88. Felin. c. consuluit, de appell. Alex. l. si sic, de leg. 1. Doct. l. qui ratione, §. Seia, ff. de

uerb.oblig.

29 Inhibitio. Attentata post inhibitionem, ubi constat de nullitate appellationis, non sunt reuocanda, c. non solum, de appellat. Aegid. concl. 239. Item si post conclusum in causa fuerit, non poterit inhibitio fieri, Rota decis. 674. de appell.

30 Instantia. Quæcunque fieri poterant in prima instantia lite pendente, si fiant in secunda instantia, non reuocantur remedio attentatorum, not. l. postquàm, §. Imperator, ff. ut leg. nom. cau. Bart. l. furti, §. 1. ff. de his, qui not. infam. Alciat. consi. 407.

31 Interdictum factum à delegato de non celebrando, non reuocatur per uiam attentati, Bald. l. fin. C. si à non comp. iud. Manfr. concl. 144. Fel. c. inter cætera, de re iud. c. dilecto, c. cum cessante, de appell.

32 Interlocutoria. Si appellatur ab interlocutoria, Iudex ante inhibitionem potest procedere in causa, not. c. 1. de dolo, & contum. 6. ubi Doct. c. si à iudice, de appellat. 6. Manfr. conclu 105. Vital. in clausula, nil nou. nume. 9. Si uerò reuocanda sunt, non reuocantur ante omnia, sed post iustificatam causam appellationis, d. c. non solum, Socin. consi. 46. uolu. 1. dummodò non sit facienda post inhibitionē, pro qua semper præsumitur, uel iudex à quo non admiserit appellationem, si, & inquan-

tum? quia uidetur abdicasse à se omnem iurisdictionem, donec cognoscatur, an appellatio fuerit admittenda, nec ne. Felin.c.cum contingat, de offic.iud.deleg.decis.1.Bonon. conc.Gotn.consi.313.uolum.3.Manfr.concl. 303.

33 Iudex laicus si protulit sententiam, à qua fuerit appellatum ad iudicem ecclesiasticum, nõ debent reuocari attentata, not.c.si duobus, de appell.nisi esset contraria consuetudo, seu in casu negligentiæ laici. Hoc idem est, quando appellatio interposita fuit coram alio iudice, quàm coram iudice à quo, Cardin.Alex.c.ut debitus, colum.6.de appell.nisi copia iudicis à quo, non potuisset haberi, c. appellatio, de appell.6.

34 Iuramentum in litem reuocari non potest per uiam attentati, nam appellatio non impedit dilationem iuramenti, not. l. generaliter, de reb. cred. secus est stante inhibitione, & auocatione, Manfred.concl.52.

35 Iurisdictionis suspensio ubi non datur, non debent reuocari attentata, Franc. c. pastoralis, de appell.Maranta de ord. iud. par.6. nume.105.Didac.Pract.q.cap.23.Manfred.conclu.118.

36 Ius commune cum est in contrarium, non debent reuocari attentata, Rota decis.234.de appell.Abb.c.1.de appellat.Dec.c bonæ, eod.

tit.Ripa §. nihil commune, nume. 78. Item hoc idem, quãdo quis continuat in ius suum, Rota decis. 44. de appell. Paris. conclu. 108. uolum. 1.

37 Legitimatio personarum fieri potest in iudicio attentatorum, Manfre. in tract. de attent. concl. 226.

38 Legis finalis, C. de ed. diu. Adr. toll. non reuocantur attentata, nec in interdicto, quorum bonorum, Innoc. c. pastoralis, num. 3. de offic. deleg. Bald l quisquis, C. quor. appell. non recip. in istis enim possessoriis non appellatur, l. 1. C. si de mom poss. l. 1. C. quorum bonorũ, & l. 1. C. de bon. poss. sec. tab.

39 Licitum ubicunque attentatur, non reuocatur, Mon. c. cupientes, §. de uiginti, num. 135. de elect. Manfr. concl. 26. & 53.

40 Litis Pendentia ubi non est inducta, non possunt reuocari attentata, Afflict. decis. 366. Rota decis. 510. de seq. poss. Archid. c. non solum, de appell.

41 Matrimonii fauore attentata non reuocantur, Vital. in claus. nil nou. nu. 5. Ioan. Mon. c. cupientes, nu. 135. de elect. Matanta de ord. iud. par. 6. nu. 165. Manfr. concl. 67.

42 Metus attentatorum non adest, ubi Iudex ignorat esse appellatum, Franc. c. bonæ, num. 42. de appellat. c. si iustus, nu. 42. eod. tit. Maranta d. loco super. cit. num. 166.

43 Monachus nullo casu petere potest restitutionem, si spolietur suo monasterio per Abbatē suum, Aegid.concl. 256. Rot.decis. 1. de restit.spoliat.

44 Negans appellatum non potest petere reuocari attentata pendente appellatione, nisi recesserit ab illa contradictione, Fel. c. capitulum,num.25.de rescriptis.

45 Negociorum gestor si fuerit spoliatus antequàm ratum dominus habuerit, non poterit petere reuocari attentata, Alex.l. quod in eo,col.2.de acq.poss.Corn. cons. 110. uol.2. Dec.l.semper,num.12.ff.de reg.iur.

46 Notorium ubi est aliquid, non reuocātur attentata,Feder.cons.101.Manfr.concl.38.specculat.de ord. iud. par 6.nu.171. Innoc.c.constitutus, de filiis præsbit.c.significasti, de diuort.Rota decis.464.de appell. Afflict.decis. 98.Cassad.decis.3.de rest.spol.Bellam. decis. 101.Alciat.cons.37.Old.cons. 18.Rom. consil.324.

47 Nulliter ubi fuerit appellatum, etiam si fuerit inhibitum, non debet reuocari attentata, Franc.c.dilectus, num. 10. de appell.Bellam. decis.239. Afflict.decis. 366. c. cum non solum, de appell. 6. Vital.in clausula, nil.nouanum,50. Manfr.concl. 75. Franc.c. ex ratione,de appellat. nisi inhibitū esset ante quàm pronunciaretur super nullitate,Vital.d.loco,

nu. 4. Item nota, quòd causa nullitatis ante reuocationem attentatorum reuocari debet, Bald. auth. quæ supplicatio, C. de prec. imper. offer. Franc. c. dilecto, de appellat. Gemin. c. non putamus, de consuet. Manfr. concl. 209.

48 Par in parem non habet imperium, ideo attentata non reuocantur, quando de uno ad alium appellatur, Manfred. consil. 184.

49 Patronus si plures præsentauerit, & unũ post alium, si unus appellauerit, potest nihilominus patronus alium presentare, Abbas. c. Pastoralis, in 2. not, de iure patr, Marãta de ord. iud. par. 6. nu. 169.

50 Petentis ubi non interest reuocari attentata, non auditur, Rota decis. 464 de appellat.

51 Pii loci fauore non reuocantur attentata, præsertim quando sunt difficilis reuocationis, ut in sepultura, Rota decis. 853. Franc. c. dilecti, c. non solum, de appellat. Angel. §. æconomus, Auth. de sanct. episcopis.

52 Possessio præsumitur pro innouante, nisi is, contra quem est attentatum, probaret possessionem tempore attentationis, Dec. cõs. 103. Manfr. concl. 40. Item not. quòd pendentia litis inter petitorium, non impedit possessorium, Cassad. decis. 9. de causa poss. & propriet. Rota decis. 417. de causa poss. & propriet. ut dicam in seq. reg.

53 Processus. Attentata, quæ non uerificatur ad pro-

processum, non reuocantur, Manfred. concl. 229.
54 Renuncians appellationi non potest petere reuocari attentata, præsertim quando principaliter ueniunt cum ea, Manfr. concl. 229.
55 Rescriptum impetratum lite pendente non potest reuocari per uiã attentati, Aegid. cõcl. 102. & decis. 662. Afflict. decis. 366. Bellam. decis. 749. Manfr. concl 44. Item nota, quòd ibi rescriptum sit subreptitium, quia ibi non est lis, non habent locum attentata, Rota decis. 75. ut lite pend. Fel. c. ex tenore, de rescr. Gomes. in Reg. de subrog. q. 11. Item nota, quòd ubi rescriptum impetratum per tertiũ lite pendente, inter alios non dicitur attentatum quò ad litigantes, Ruin. cons. 61. num. 19. uol. 2.
56 Residendi mandatũ si fuerit alcui factũ, licèt ipse appellet, interim potest poni substitutus, ne Ecclesia in diuinis nimium dispendium patiatur, c. prouenit, il. 2. de appell. Marãta de ord. iud. par. 6. nu. 184.
57 Reiudicata stante, non habet locum remedium attentatorum, Rota decis. 46. de ord. cogn. in antiquis.
58 Restitui non debet ille, cui obstat dispositio execrabilis, Gomes. in tit. de Anna. poss. q. 54. & seq. Doct. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poss. & dicam, Deo dante, in sequenti.

quenti.

59 Reuocari debent ſtatim attentata, alioquin ſi processum fuerit ad ulteriora, debet expectari finis litis, not. c. 1. de lit. cont. 6. Bald. l. 1. col. 1. de appellat. l. chirographis, §. 1. ff. de adm. tutor. Dec. l. pendente, C. de bon. poſſ. ſec. tab.

60 Reus excipiendo in exceptione non facit litis pendentiam, ex qua inducantur attentata, Bart. l. fundum, ff. de exc. rei iud.

61 Sententiæ tres conformes exequi debent abſque metu attentatorum, Aegid. Bellamera concl. 469.

62 Sequeſtrationis cauſa non debent reuocari attentata, not. clem. 1. de ſeq. poſſ. & fruct.

63 Sindicatus. Sententia lata in ſindicatu, non ſuſpenditur per appellationem, & per conſequens ibi innouata non reuocantur, Par. de Puteo in tract. de ſindic. in uer. Appellatio.

64 Solemnitas iuris ſublata tollit remedium attentatorum, quia reducit cauſam ad ius Gentium quo iure ſtante nondum cognita erant attentata, Iaſ. conſ. 162. nu. 4. Manfr. concl. 231. Maranta de ordine iud. par. 6. nu. 179.

65 Spoliatus ante omnia non reſtituitur in caſu deciſ. Boer. 161. ut dicam late in ſeq. reg. in ſuis limitationibus.

66 Supplicatio impetrata non inducit litis pendentiam, Staphil. de commiſſ. lit. pag. 117.

Item

Item not. quòd pendente lite licet supplicare pro habẽda copia actorum, Iaſ. l. ſupplicare, C. ut lite pend. cum autem mentio fit litis pendentiæ, licitum eſt impetrare reſcriptum cum clauſula, non obſtante, Anch. conſi. 16. Item not. quòd lite pendente licitum eſt ſupplicare, ut detur adiunctus ordinario ratione ſuſpicionis, dummodò fiat mentio de ſtatu litis, not. Doct. c. coram, de offic. deleg. Iaſ. d. l. ſupplicare, nume. 3. & l. apertiſsimi, C. de iudic. Quartò not. quòd pendente cauſa ſupplicationis, non impeditur interim executio, Afflict. deciſ. 341. Iaſ. Auth. quæ ſupplicatio, C. de prec. imper. offer.

67 Suſpicio fugæ ubi adeſt abſque metu attentatorum procedi poteſt, Angel. l. nemo, C. de exact. trib. lib. 10. hoc idem ubi eſt ſuſpicio dilapidationis, Specul. tit. de appellat. §. noniſsimè.

68 Taxatio expenſarum facta pendente appellatione, non reuocatur remedio attentatorũ, Pap. in tract. de appell. q. 116 num. 28. Manfr. concl. 119.

69 Tertio innouante non reuocatur factum per uiam attentati, præſertim quando tertius non habuit cauſam ab attentãte, Maranta de ord. iud. par. 6. num. 17. Manfr. concl. 69. Rota deciſ. 58. Afflict. deciſ. 354. num. 21. Doct. c. cum teneamur, de appell. Maranta d. loco, nume. 163.

163. Manfr. concl.95. & concl. 106. Vital.in clauf.nil nou.num.20. Ruin.confi.75. uolu.5.

70 Teftamentum. Mota lite fuper iuribus teftamenti, poteft per hæredem fieri reftitutio fideicommiffario abfque metu attentatorum, quia non dicitur factum hæredis, fed teftatoris, not.l.ita tamen, §. quoties,l.fi patroni,§. actiones,ff.ad Trebell.ubi Doct.com.

71 Timor ubi habetur armorum, uel fcandali, poteft obuiari lite, feu appellatione pendente abfque metu attentatorum,gl. & Hoft.cap. conftitutus,de appell.Abb.c. ftuduifti, de offic.deleg.

72 Tutor, uel curator pendente caufa fufpitionis,debent ab adminiftratione abftinere,dũmodò in eius locum aliquis fubrogetur, not. l.eum,C.de fufpect. tutor.abfque metu attentatorũ, Decif. Tholof.370. Afflict.decif.357. Grammat. confi. 10. Ratio autem quare attentata fint adeò priuilegiata, quia fiue lite, feu appellatione pendente, innouans facit,& offendit ius, iudicem, & partem, Alex.confi. 99.uolum.5.Didac.tract. Pract.quæft. cap.23. nume.165.Afflict.decif.352. Item ultra adducta not, quòd quando cafus reducitur ad actũ illicitum,non reuocantur attentata, Nicellus tract.de concordia gl. gl.6.num.113. hoc idẽ eft in cafu, in quo prohibita eft appellatio, Franc.c.nó folum,de appell.Maranta de ord. iud.

iud.par.6.num.172.nec poteſt fieri reuocatio attentatorum,niſi cum cauſæ cognitione,Innoc.c.cum M.de conſtit. & in cauſis atrociorib.non reuocantur, ut in crimine raptus uirginum,l.1.§.ſi autem,C.de raptu uirg.Et læſæ Maieſtatis, Iſern.c. 1. quæ ſint regalia. Et in crimine ſimoniæ, Fel.c.ſicut,de appell. Idem in crimine hæreſis,Angel.conſi.188. Quintò non reuocantur in mero poſſeſſorio, Doct. com.l.1.C.ſi de mom.poſſ. Angel. conſi. 107. Dec.conſi.28.Quintò non reuocãtur in cauſis minimis.Doct.com. c.de appellationibus,de appellatio. Sextò non reuocantur in appellatione alternatiuè interpoſita, Fel.c. inter cætera,de re iud. Hoc idem,quando in appellatione non eſt expreſſa qualitas ſententiæ,not. l.1.§.1.de appell. Septimò non reuocantur, quando contra appellationem non admitteretur probatio in contrariũ,Bald.l.2.C.quando fiſc.uel priu.l.error,C. de iur. & fact. ign. Octauò non reuocantur,ubi mora periculum eſſet allatura,Card.c.qua fronte, de appellat. Iaſ.l.1.ff.de ferijs. Nonò non reuocantur,ubi ſpecialiter non fuerit mentio facta iudicis ad quem,Doct.l.1.§.ſiquis,de appellat.& hoc de iure canonico, ſecus autem de iure ciuili, l. præcipimus,C.de appell. Decimò, & ult. non reuocantur attentata in caſu c. quam ſit, de exc.præl.& c.licèt, de pœnis,c.quam periculoſum,

Iosum, de usurc. Iacobus, de simon. c. 1. de his, quæ fiunt à maiori parte capit. c. lator, qui filij sint legit. & c. si autem. de cohab. cleric. c. dilectus, de præb. & c. personas, de appell. & c. 2. de arbitr. & c. accepimus, de pact. & c. dilectus, de filijs presbyt. & c. ueniens, de spōsal. & c. ex parte, de decim. & c. fin. de concess. præben. & c. accepta, de restit. spoliat. & c. cum inter, de uerbor. signific. & c. ex literis, de transact. c. Michael, de fil. presbyt. Et ex his finis imponitur regulæ præsenti, qua habetur, appellatione pendente, nihil est innouandum.

Laus Deo.

## SVMMARIA.

1 *Spoliatus ante omnia restitui debet.*
2 *Spoliatus, quando ante omnia restituatur.*
3 *Spoliatus, quando ante omnia non restituatur.*
4 *Præscribitur spatio 30. ann. remed. huius reg.*
5 *Possessio antiqua satis est doceri in hoc remed.*
6 *Remedium huius reg. datur pro re mobili.*
7 *Iudicium huius reg. est summarium.*
8 *Alleg. debet posid. clam, uel precario.*
9 *Libellus non est necesse, ut contineat tempus.*
10 *Fructus percepti ueniunt in isto remedio.*
11 *Infamiam non irrogat conditio huius reg.*
12 *Melioramentorum exceptio non datur pro hoc rem. ed.*

13 *Cumulari non potest hoc remedium cum interdicto, unde ui.*

14 *Laico competit hoc remed. pro re profana.*

15 *Possessione qualitercunque quis priuetur, reintegratur, nisi ex iusta causa priuetur.*

16 *Emphyteutæ, qui cecidit, non datur restituitur.*

17 *Negligentia, qui perdidit possessionem, non restituitur.*

18 *Remedium hoc datur contra hæredem, & contra fiscum.*

## REGVLA NONA.

1 

SPOLIATVS † ante omnia restitui debet, l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de ui publ. c. fin. de ord. cogn. c. conquerente, de restit. spol. ibi, prædicto clerico præfatam ecclesiam cum redditibus inde perceptis restituas, &c. Conc. Doct. com. l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess. Anton. Corf. in Reg. spoliatus, & Ant. de Matt. d. loco, nume. 16. Ant. Gabr. in tract. de rest. spoliat. concl. 1. nume. 1. & seq. Ampl. plurib. modis, & primò.

# Ampliationes.

I

1 Abſens † ſpoliatus poteſt reſtitui, per aliquē abſque mandato, nam eo caſu quilibet poteſt admitti, not. l. 1, C. ſi per uim, uel alio modo. Anton. d. loco, nume. 35.

2 Aduerſarius antequàm remedium huius regulæ inchoaretur, non obſtante quòd interdicto uti poſsidetis agere cępiſſet: debebit enim ſuperſederi in interdicto retinendę, ut per Ant. de Math. d. loco, num. 45.

3 Agens ante omnia reſtitui debet, non obſtante quòd ſpoliatus antequàm reſtituendæ iudicium inchoaret, ſe non acturum intuitu ipſius ſpolii, promiſiſſet; ſecus, ſi poſt inchoatum ſpolium promitteretur, Abb. c. 2. de reſt. ſpol. Anton. d. loco, nume. 10. in 2. par. Item ampl. etiam ſi agens conſentiret agi contra ſe petitorio, quia eo non obſtante pro ſpolio prius commiſſo reintegrandæ iudicio agere poterit, Ripa d. §. nihil commune, Ant. d. loco, nume. 12.

4 Appellationis in cauſa procedit hæc regula, quia non obſtante quòd ſpoliatus in prima inſtantia paſſus ſit ſuper dominio conuenti ad effectum excludendi poſſeſſorium cognoſci, nihilominus à ſententia contra ſe lata ſi appellet, inſtans ante omnia (hoc eſt ante-

quàm

quàm ſuper exceptionibus dominij diſcuſsis cognoſcat) reintegrari audiendus eſt, Ant. de Butr. c. paſtoralis, §. ſi uerò, de cauſa poſſ. & propr. Capic. deciſ. 28. Doct. com. d. §. nihil commune, Anto. num. 43.

5 Arbitrio ſuo ſi quis ſpoliatus eſſet, puta ſi per metum ad aliquid agendum eſſet inductus, ante omnia eſt reſtituendus, Doct. auth. ſacramenta puber. C. ſi aduerſ. uend. Ant. num. 58. d. §. nihil commune.

6 Bellum. Si ſpolians ſpoliaſſet adiuuando dominum ſuum in bello, ante omnia reſtitutiò facienda eſſet, Bal c. 1. quib. mod. feud. amitt. Gabriel. d. loco, num. 31.

7 Beneficium. Ampliatur enim regula iſta in beneficialibus, quia non obſtante quòd ſpolians de intruſione, uel de non canonica inſtitutione excipiat, ante omnia beneficiatus ad beneficium eſt reſtituendus, not. c. in literis, de reſt. ſpol. Anton. num. 24.

8 Carceratus nulliter ante omnia eſt reſtituendus, nam dicitur priuatus propria libertate, Bart. in diſput. quæ incipit, Lapus. Socin. conſil. 59. uolum. 3. conſi. 113. eod. uolum. Cepolla conſi. 19. Paul. l. plerique, ff. de in ius uoc. Gabr. d. loco, num. 19.

9 Clam, ſiue precario ſpoliatus ſi à ſpoliante poſsideret reſtituendus eſſet ante omnia, §. recuperandæ, de interd. quod intelligitur de-

precario ad tempus determinatum ,secus ad beneplacitum,Anto.num.2.
10 Clauibus denegatis dicitur spoliatus, qui ante omnia restituendus est,not.l.clauibus,ff. de contrah.empt.Anton.d.loco,nume.44.
11 Compensationis exceptio etiam si spoliato obiiceretur,nihilominus ea non obstante restituendus erit,Bald.l.fin.not.4. de compens. Ias.§..in bonæ fidei,Inst.de actio.Fel.c.suborta,de re iud.Gabr.de rest.spol. cócl.1.nu.34.
12 Conditio. Restituitur sub conditione,quando aliter de spolio non constaret, ut quando spoliator esset contumax, & restituitur ita si & in quantum à contumace spoliatus extitisset.
13 Consilium.Si quis fuerit expulsus à Sempronio de consilio Caij , sine quo ipse Sempronius non erat facturus,pariter puniuntur,c.1. de offic. deleg. si ab ipso Caio conueniretur, non posset audiri priusquàm à Sempronio restituatur.celerius enim restitutio est ad pœnam uiolentiæ,Abb.c.ex conquestione, nu.7. de rest.spol.Anton.num.60.
14 Contumacia.Si quis fuerit spoliatus a iudice propter cõtumaciam , infra tempus debitum purgando contumaciam recuperat possesionem,etiam quòd existens in possesione uelit incontinenti de dominio docere,Bald.l.pen. §.fin.C.de præscr.30. annor. Specul.in tit.de.

1.& 2.decr.uer.ſed pone,Gabr.num.30.

15 Criminis exceptione non poteſt ſpoliatus ab agendo repelli,c.item,de reſt.ſpol Ripa d. §.nihil commune,num.55.ubi Alex. nu.142. Socin.conſi.12.uolum.1.Gabr.d.loco,nume. 37. Item procedit in ſpoliato excipiente cõtra ſpoliantem, a quo prius criminaliter fuerat conuentus: nam probato ſpolio antequã ſuper criminali procedatur, reſtituendus eſt, not.Abb.c.2.nume.17.de ord.cogn. Anton. num.40.quo caſu exceptio operatur effectum cõſecutiuum, cuius natura eſt operari tantum effectum repulſiuum.

16 Depoſitum. Ampliatur non obſtante quòd contra agentem poſſeſſorio reintegrandæ opponeretur,quod ab ipſo ſpoliante rem in depoſitum habuiſſet, quodue prius depoſitum conſignari debuiſſet,Ant. de Butrio, & Abb. c.cũ dilectus,de ord.cogn. Capic.deciſ.167.

17 Dolus. Si ſpoliator reſtituẽdi facultatem habuerit, deſiiſſet etiam ſine dolo, nam ſufficit quòd ſemel in culpa fuerit, ex mente Abb. c. ſæpe,nume.11.de reſt.ſpol.Ant.d.loco,nu.23.

18 Dominium. Procedit d. regula etiam ſi in caſu, in quo agenti recuperandæ dominii exceptio obſtaret,not.gl.l.non ob rem, C.unde ui,Doct.l.ſi quis conductionis,C.locati.

19 Dubium.Hæc regula procedit, quamuis dubitetur an ille, qui de dominio excipit ſit is,

qui spoliasset, Bald. c. 1. colum. 2. quib. mod. feud. amitt. l. si cum, §. in hac, ff. quod met. causa. quod intelligitur in terminis restitutionis fiendæ, secus in casu pœnæ inferendæ, Ant. d. loco, nume. 7.

20 Ecclesiæ nomine si quis esset spoliatus, ante omnia debet etiam restitui, c. 1. de restit. spol. Item si res ecclesiæ uacantis uiolenter ablatæ fuerint, prælatus deinde pro iis omnibus interdicto uti poterit, ac si ipse posidens fuisset expulsus, Innoc. c. cum super, de causa poss. & pro. Abb. c. potuit, loc. Anton. nume. 53.

21 Factum. Procedit etiam reg. ista ad casum, in quo ualidam, & iustam sententiam quis obtinuisset, nihilominus de facto, & resistente possessore possessionem adipiscatur, Doct. com. l. iustè posidet, ff. de acq. poss. eiectus enim ante omnia restitui debet; etiam si eiiciens tanquam exequutor sententiæ suæ potestatem ingrediendi propria authoritate habuisset, Bart. l. creditores, C. de pignor. Bald. auth. omnino, C. ne uxor pro mar. Anton. num. 18. Item ampl. etiam si non ipse spoliatus extitisset, sed facto illius, per quem posidebat, puta colonum, seruum, siue procuratorem, quorum quis alteri, seu extraneo possessionem contulisset, not. l. fin. C. de acq. poss. Bellam. decis. 104. Ant. d. loco, num. 28.

22 Feriarum, mesium; & uindemiarum exce-
ptio

ptio non obſtat quò minus non procedat hæc regula, nam etiam tali tempore reſtitui debet, not. c. fin. de iud. Feder. conſi. 139. gl. clemen. 1. de offic. deleg. Spec. §. 2. de fer. in contrarium eſt tamen com. opin. ut per Ant. de Butr. c. fin. de iudic. dicam in ſeq. fall.

23 Feudo ſi uaſſallus ſpoliatur reſtituendus erit ante omnia, etiam ſi de titulo non doceat. Iſern. l. Imperialem, §. præterea, de prohib. feu. Capic. deciſ. 77. Afflict. deciſ. 196. Anton. nume. 33. Gabr. num. 42.

24 Fructus. Procedit reg. hęc nedum quò ad rem ipſam, ſed etiam quò ad fructus eiuſdem, quod extenditur ad expenſas, & damna paſſa, & intereſſe, occaſione ſpolii, Abb. c. accedens, el 2. ut lite non cont. Ampl. etiam ad omnes utilitates amiſſas, Specul. in tit. de reconu. §. nunc, nume. 4. & ad fructus ueriſimiliter percipiendos, Ant. num. 4.

25 Fur, & prædo reſtitui debent ad conſequendam poſſeſsionem, Bart. l. itaque, ff. de furt. Abb. c. in literis, de reſt. ſpoliat. Gabr. num. 5.

26 Hæres ante omnia reſtitu. debet, Caſſan. conſi. 7. nume. 52. nam licèt interdictum ſit odioſum, tamen ad hæredes tranſit, l. 3. cum gl. ff de ui, & ui arm. gl. cap. ſignificauerunt, de teſtib. Quod dictum procedit in rebus ſpolii, quę ad ipſos hæredes ſpoliantis perueniſſent, uel dolo feciſſent, quominus peruenirent, Bald.

Bald.consi.331.uolum.3. Anc.num.40.

27 Honore suo spoliatus ante omnia restitui debet, c.notum, 2.q.1. Ant. d. loco, nume.57.ut dicam latius inferius, in uer.infamia.

28 Ignorantia. Ampl. procedere, etiam si ignoretur quis fuerit spolians, Add. ad Bald. cap. 1. quib.mod.feud.amitt. Bertach.in uer.spoliatus, Gabr.num.32.

29 Infamia alicui irrogata propter delictum, si quis de innocentia doceret, ante omnia ad famam restituetur, c.super causa, 2.q.1. Spec. §. quoniam, tit. de pet. & poss. dummodò se purgauerit ante omnia, idem est de Clerico suspenso, qui restituitur, ne ex eius celebratione scandalum animarum immineat, c. presbyter, 2.q.5.c.accusatum, c.tanta, de simon c.decernimus, 3.q.9. Ant.d.loco, num.47. dixi super, num 27.

30 Interesse quod passus est spoliatus ob spoliũ, uenit restituendus cum principali. Paris. consil.105.num.4.uolum.3. Gabr. d.loco, nume. 13. dixi super.num.24.

31 Iudex, a cuius carceribus reus aufugit, debet tanquam spoliatus restitui, Bertr. consi. 182. uolum. 1. Item not. quòd hæc reg. procedit etiam in spoliato a iudice, tanquam a priuata persona, Abb. Fel.& Doct. com.c.dilectus, de rescr. Doct.c. cũ causa, de offic.deleg. Addit. ad decis. Thol.490. dixi latius in super. reg.

32 Iurium incorporalium causa competit reme dium restitutionis in integrum, gl.c.cum inter, de except. c.nullus, 2.q.2. Doct. com.cap. querelam, de elect. Rota decis. 6. Cald. consi. 95. nume. 20. Dec. consi. 136. Ias. consi. 172. uolum. 4. Ripa c.cum ecclesia, nume. 101. de causa poss. & propr. Fel.c. conquestus, de foro compet.

33 Iurisdictione spoliatus ante omnia restituitur. uis enim quædam est, ubi a dignitate (cuius intuitu sibi iurisdictio competebat) excluditur, Innoc. cap. literis, de rest. spol. Ant. d. loco, num. 54.

34 Libera res restituenda est, hoc est in gradu, quo tempore spolii esse reperiebatur, Doct.c. Pisanis, de rest. spol. Ant. d. loco, num. 5.

34 Libertate sua si quis spoliatus fuerit, est ante omnia ipse restituendus, Bart. l. 2. §. fin. ff. de cust. reo. Lapus in disput. iniustè carceratus, Alex. l. legata, ff. de adim. leg. Fel. c. cum dilectus, de rescr. ut quando quis indebitè incarceratur, quo casu uim pati dicitur, Doct. l. plé rique, ff. de in ius uoc. & dicitur ui spoliatus libertate, Bart. l. 1. ff. de liber. hom. Cepolla cons. 19. gl. & Doct. c. cum inter, de except.

36 Mandans. Procedit reg. hæc etiam in eo, qui spolium fieri mandauit, uel suo nomine factũ ratum habuisset, nam tunc contra ipsum resti tutio datur ante omnia, c. cũ uenissent, de rest.

spol.

ſpol. quod etiam procedit, ſi debitor ſoluat alicui tamquam recipienti de mandato tuo, uel ſciat ſic tibi nomine ſuo ſolui, puta penſionem: nam ſi poſt modum penſionem ſoluere denegauit is, qui recipiebat (cum in quaſi poſſesſione exigendi ſit) ante omnia reſtituetur, Rot. deciſ. 25. de reſt. ſpol. in antiq. Ant. d. loco, nu. 26.

37 Minima etiam pars rei reſtitui debet, ut locum uerè habeat hæc regula, gl. & Doct. c. cõquerente, de reſt. ſpol. uer. integrè, Iaſ. conſ. 164. uol. 4. Abb. c. accedens, ut lite non cont. Curt. iun. conſ. 42. Abb. c. uenerabili, de offic. deleg. Arch. c. cum eccleſiaſticæ. 1. q. 2. Add. ad deciſ. Tholos. deciſ. 60. Soccin. cõſ. 12. uol. 1. Iaſ. l. ſancimus, C. de iud. Curt. cõſ. 4. Tiraq. de retr. lign. §. 4. gl. 1. num. 23. Procedit hoc dictum in reſtitutione, quæ petitur ab ipſo ſpoliatore: ſed quando alius ageret, & alius eſſet ſpoliator, & cauſa eſſet criminalis, tunc ſatis eſt, ut fiat reſtitutio maioris partis bonorum, in quibus quis iam fuerat ſpoliatus, Doct. c. frequens, de reſt. ſpoliat. 6. Socc. conſ. 12. uol. 2. Gabr. nu. 11. d. loco citato.

38 Mobili re ſi quis ſpoliatus eſſet, etiam ſi ſpoliator non ſit dominus, ſed tantùm poſſeſſor, reſtitui debet, Innoc. c. ſæpè, de reſt. ſpol. Doct. com. l. inciuilem, C. de furt. l. fin. §. ſed cum, eod. tit. Bart. l. rem, quæ nobis. ff. de acq. poſſ.

poss.Ias.cons. 170.uol.2. Ripa c.cum ecclesia, num.101.de causa poss. & propr. Ant. Gabr. d.loco,nu. 25.Ant.de Matt.d. loco, nu. 9.

39 Monachus, qui pendente inquisitione contra suũ Abbatem, quem ipse Monachus prosequebatur, ab eodẽ Abbate si spoliaretur, quãuis esset amouibilis ad nutum Abbatis, tamẽ restituetur, not.l. si quis conductoris, C. loc. Innoc. c.olim, uer. restitutus, de accusat. Bellam.decis.251.Ant.nu.27.

40 Mulieres, & aliæ simplices personæ, quæ quãuis non uiolenter eiectæ de possess. fuissent, si tamen dolo circunductæ eam tradidissent, ante omnia restituendæ essent, quia dolosa persuasio plusquàm uiolenta coactio est, not.l.unica, C.de rap.uirg. Ant.d.loco, nu.52.

41 Naturaliter possidens nedum restitui debet, sed etiam ciuiliter, quia spoliatus ciuili possessione, restitui debet, Doct. com.l.clam.§. qui ad nũdinas, ff. de acq. poss.l.1.§.siue, ff.de ui, & ui arm. quãdo scilicet corporalis extrinsecus actus post animum adipiscendi intercessit, Ant.d.loco, nu.61.

42 Nomen. Procedit item hæc reg. præsensi, quãuis non suo nomine, sed alterius (pro quo de rato promittat) quis uellet ante omnia reintegrari, not.Doct l.1.C.si per uim. Ant.nu. 25. not.l.1.§.deiecisse, ff.de ui, & ui arm. Abb.c. 1.de rest. spol. Ias.cons.160.uol. 2.Paul.cons.

262. Ripa d. §. nihil commune, nu. 51, Gabr. num. 28.

43 Nudus detentor, qui lite pendente ſpoliatus fuerit, ante omnia reſtituendus erit, not. c. dilecti, de maior. & obed. Secus ubi lis non pendeat. Ant. num. 22.

44 Nullitatis exceptio non obſtat, quominus quis reſtitui debeat, not. c. fin. de ord. cogn. c. litteris de reſt. ſpoliat. Ant. nu. 59.

45 Nuncius. Quis debet uſq; ad nummum reſtitui, not. c. Piſanis, c. conquerente, de reſt. ſpol. Iaſ. l. qui rem, num. 15. C. de ſacroſanct. eccl. Ant. num 49.

46 Officium. Ex officio quandoque, & non petẽte parte, expeditur actio ſpolii, quando eſt inter miſerabiles perſonas, quas Iudex ex mero officio ante omnia reſtitui faciet, ut toto tit. C. quando Imperator inter pupillum, Doct. c. ſolitæ, de maior. & obed. Angel. tract. Malef. uer. hæc eſt quædam, Ant. nu. 50.

47 Parochiani ſpoliati a Parochiano ſacramentis, poſſunt agere ſpolio, atque excipere deſpoliatione. Fel. c. ſuam, de Simon. Gabr. d. loco, num. 41. & ſeq.

